


# PROGRAMM

des

# Königl. und Stadt-Gymnasiums zu Cöslin,

womit zu der

## öffentlichen Prüfung und Schlussfeier,


welche

**den 20sten und 22sten März**

gehalten werden sollen,

ehrerbietigst einladet

TH. ADLER, Director.



**Inhalt:**

1. Abhandlung des Gymnasiallehrers Drosihn: Narratio eorum, quae Plato de animi humani vita ac statu ante ortum et post mortem corporis in mythis quibusdam docuit.
2. Schulnachrichten über das Jahr 1860/61 vom Director.

COESLIN, 1861.
Gedruckt bei A. L. Budack.

# Narratio eorum, quae Plato de animi humani vita ac statu ante ortum et post mortem corporis in mythis quibusdam docuit.

Duobus omnino modis Plato usus est, quibus, quae de rebus divinis et humanis cogitaret, eloqueretur. Alter est λόγος, alter μῦθος. Quae quidem notiones inde ab eo tempore, quo λογογράφοι exstiterunt, a scriptoribus Graecis opponi solent, ita, ut λόγος veram rerum narrationem, μῦθος fictam significet. Ratio, quae in Platonicis dialogis λόγοις intercedit cum μύθοις, ejusmodi est, ut illis philosophum audiamus dialectica subtilitate hoc vel illud indagantem ac disputantem, his contra poetam divino quodam ingenio quae cernere et videre non possumus paene in conspectu animi ponentem. Atque vis quidem poetica non minime conspicitur in ea arte, qua scenam quasi, ubi fabula agitur, ita depingit, ac singula quaeque effingit, ut oculis ipsi cernere videamur. Attamen tantum abest, ut mere ficta mythi contineant, ut maximi momenti sint ad cognoscendas philosophi sententias. Etenim omnia, quae mythorum involucris tecta traduntur, certis quibusdam sententiis superstructa sunt, quas tamquam firmissimas Plato amplectebatur. Quin etiam nonnullis mythis fundamenta quasi jaciuntur, quibus disputatio nititur, velut eo, qui in Phaedri initio est. Ad mythorum consilium, quod attinet, exquisita doctrina disputavit Dr. Jul. Deuschle in opusculo: Die platonischen Mythen, insbesondere der Mythus im platonischen Phädrus, Hanau 1854, ubi pag. 21 haec dicit: „Indem sie (die mythische Darstellung) die Begriffe unmittelbar in ihrer Zusammengehörigkeit fixirt, wird an die Stelle der Gedankenentwickelung gleich die ontische Anschauung selbst gesetzt, in welche genetische Entwicklung umzuwandeln, Zweck alles Mythus ist.

De argumento vero omnino dicendum est, permulta mythis contineri quae ratione quidem postulantur, dialectice vero investigari et cognosci non possunt.

Ejusmodi imprimis sunt quae pertinent ad vitam animi. In qua vita fere totius philosophiae Platonicae vis ac natura versatur; nam omnis studii, quo Platonicus philosophiam amplectitur, cardo quasi est recordatio idearum ante ortum corporis jam ab animo spectatarum. Operae igitur pretium esse mihi videbatur, animi vitam ante ortum est post mortem corporis, qualis Phaedri, Gorgiae, Phaedonis, X Politiae libri mythis depingitur paucis narrare, ita quidem, ut, quae Plato diversis aetatis annis animo effinxit, breviter comprehenderem. Quod eo melius facere licet, quoniam illi mythi, quamvis singuli quique fere totam animi vitam adumbrent, certam tamen quamdam partem prae ceteris illustrent. Carptim igitur narravi, animum jam, antequam corpus humanum intraverit, una cum diis beate vixisse, tum vero de caelesti domicilia in terram decidisse, post corporis seces-

sionem judicio vel condemnatum vel periculo liberatum abire in ea quae cuique conveniant loca, inde certo quodam tempore exacto rursus corpus induere, quo trito iterum et iterum eundem vitae cursum perficere. In quibus narrandis et non parvi pendendam esse putavi formam poeticam, et sententiarum philosophi enucleandarum, quantum paucis fieri potuit, rationem habui.*)

Ita autem spero facillime fore ut id quod propositum est, assequamur, si totam animi historiam distribuerimus in quatuor partes, quarum prima narrabitur vita caelestis ante ortum corporis acta, altera judicium animorum post mortem corporis, tertia status eorum medius, quarta vitarum novarum electio.

Atque primum quidem dicendum est

## I. de vita animorum caelesti ante ortum corporis acta.

Cujus cognitionis unus maxime fons praesto est, ex quo eam percipiamus, mythum dico, qui in Phaedro legitur. Continetur hic mythus altera Socratis oratione, illa, qua omnes verae eloquentiae numeros explet. Est omnino de furore, cujus duo Plato genera distinguit, alterum humanum, insaniae morbum, alterum divinitus immissum. Hujus quattuor enumerat species: divinationem, expiationes, poëticam, amorem divinum, quem quidem copiosius illustrat. Hoc furore qui corripitur, maximo desiderio teneri dicitur idearum, ut hoc Platonico vocabulo utar, et sibimet ipsi et qui furore eum complevit puero dilecto instaurandarum. Ideoque beatissimos reddere homines talem furorem ad demonstrandum Plato sibi proposuit. Quae demonstratio quomodo procedat optime cognoscere licet ipsius Platonis verbis, quibus singulae mythi partes inscribuntur. Ac primum quidem immortalitate animi ex propria animae universae vi ac natura demonstrata, imaginis cujusdam integumento animi species describitur. Quo facto causa profertur, cur animus, quamvis immortalis sit, mortale tamen animal factus sit. Tum agitur de alis, quarum vi et efficacia fieri possit, ut animus deos caelestes sequatur, quum ii totum mundum perlustrent et quum intra tum extra caelum beatissimis spectaculis fruantur. Quibus amissis animus de proprio domicilio delabitur et corpore induitur. Cujus post mortem, quae animo accidant obiter tantum tanguntur. Sequitnr denique amoris divini descriptio, quae quidem ad nostram rem non pertinet.

Jam locum ubi caelestis animi vita degitur ita describamus ut quantum fieri potest dilucide exstet et emineat.

Ac primum quidem globosum Plato caelum animo finxit.

Ita ne statuamus, non impedit, quod fornice quodam (ἁψῖδι) locus, qui intra caelum est, ab altero caelum excedente, terminari dicitur, si modo aetherium illum terminum animo cogitamus. Minus etiam obstat, quod animi dicuntur in caeli dorso stare, si modo loquendi usu non fallimur, quo νῶτον significat superficiem.[1])

---

*) Qui hanc rem accuratius persequi volent vel maxime delegandi sunt ad Dr. F. Susemihlii opus nuper editum: Die genetische Entwicklung der platonischen Philosophie I. 1855. II. 1857. 1860. Leipzig. Teubner.

[1]) Haec dicta sunt contra ea, quae O. F. Gruppius disputavit in libro: Die kosmischen Systeme der Griechen p. 18. ubi haec scripsit: „Der Himmel ist gedacht als eine über die Erdscheibe gestürzte Glocke, welche den Luftraum unter sich trennt von dem, was drüber ist," et paullo infra: „Die Wölbung ferner ist ein fester Körper, etwa Krystall, so dass eben hier bei Platon vom „Rücken des Himmels" die Rede ist, auf welchem gestanden und gewandelt werden kann, ähnlich wie man auf dem äussern Dach einer Kuppel steht und wandelt." Quod quidem ne viro doctissimo credamus, impediunt ea Platonis verba, quibus narrat, eorum animorum, qui optime deos sequuntur, aurigam caput extulisse in locum caelum excedentem elatumque caeli circuitu circumferri 248 A. cf. omnino quae Stallbaumius hac de re disseruit in programmate, qui inscribitur „Diatribe in mythum Platonis de divini amoris ortu", Lipsiae 1854, imprimis de usu illo loquendi p. 18.

Videtur igitur Plato fere eandem sibi animo finxisse mundi imaginem, atque Homerus, cui constat caelum simile visum esse fornici aheneo, terrae tamquam disco superimpositum, Atlante altis columnis suffulciente. Revera tamen alia omnia probavit.

Haec sufficiant de caelo. Nunc ad terram descendamus, in quam alis amissis animi delabuntur. Et hanc quoque Platonem globosam animo finxisse, quamvis hoc non aperte dicatur, non est cur dubitemus. Sed quo loco sitam cogitaverit magna quaestio est.

Quae quidem inde maxime pendet, quid statuendum videatur de deorum domo, unde Vesta sola remanente duodecim magni dii animorum coetu comitante per universum caelum ambire, tum vero in summum, qui est sub caelo, fornicem ascendere dicuntur. De hac deorum domo, quid vir egregius, qui vel maxime hac de re audiendus est, statuerit, Boeckhium dico, ex ipsius verbis cognoscas, quae fecit in opusculo: De Platonis systemate caelestium globorum etc. ubi in pag. XXIX. sic scripsit: „Prima occurrit deorem sedes, in qua sola Vesta remanet. Statim agnoscimus hic Ἑστίαν sive Διὸς φυλακήν, in medio mundo positam et abs terra diversam, quam igneam Philolaus dicit: terra enim ipsa haec Vesta esse nequit, quum dii omnes animaeque inde veniant, et eae quae ipsius veritatis splendorem ferre nequeant in terram alio plane loco collocatam, decidere ferantur.“ Idem fere in alio libro: Philolaus des Pythagoreers Lehren pag. 106. B. protulit. Ac sane concedendum erit, Platoni, quum supercaelestem locum animo cogitaret, Philolai Olympum obversatum esse, in quo hic (Phil. pag. 98.) Stobaeo teste τὴν εἰλικρίνειαν τῶν στοιχείων, hoc est, Boeckhio interprete, purum aliquid et infinitum omnium rerum principium, quod restabat neque ad mundum fabricandum adhibitum erat, situm esse finxit. Ita tamen Plato Philolai sententiam suae ipsius accomodavit, ut loco τῶν στοιχείων ideas collocaret.

Facile inde concluditur Platonem etiam, quum Vestae mentionem injiceret, Philolai doctrinam de igne centrali, quae omnino Pythagoreorum erat,[2]) in mente habuisse. Attamen hanc ad rem quod attinet Platonem cum Pythagoreis nullo modo facere potuisse, apparet. Etenim Pythagorei ignem centralem finxerunt inter hanc terram et terram ei oppositam (ἀντίχθων) situm; finxerunt non modo caelum, quod ἀπλανής vocatur, sed etiam terram circumferri. A qua posteriori sententia quam alienus Plato fuerit ipse Boeckhius, retractans, quae in opusculo modo laudato disputaverat,[3]) dilucide demonstrat in libro, qui inscribitur: Das kosmische System Plâto's.

Verumtamen si Plato non potuit non, quin a Pythagoreorum sententia decederet, quid obstat, quominus statuamus Platonem jam in hoc dialogo eam sententiam amplexum esse, quam in Phaedone paullo post Phaedrum edito aperte eum profitentem audimus? Id obstare B. contendit, quod in terram animi delabi dicantur ideoque deorum domum in terra sitam informari non posse. Certe in nostra terra sita esse non potest, neque Stallbaumio viro doctissimo crediderim de Olympo Homerico tamquam deorum domo Platonem cogitasse ad vulgarem opinionem se accomodantem.[4]) Potius deorum domum in regione aetheria sitam esse statuit, in supera illa terra, quam insigni ornatu depingit in Phaedone pag. 109. C. squ. Immo vel maxime ut ita statuamus cogimur ea conditione demta, qua sumpta non sine omni veritatis specie creditur, Platonem quam in Phaedro amplexus sit sententiam in Phaedone subito mutasse, quamvis in hoc dialogo quae de terra dicit ita

---


[2]) Teste Aristotele de caelo II., 13. Οἱ Πυθαγόρειοι ἐπὶ μὲν τοῦ μέσου πῦρ εἶναί φασιν ὃ Διὸς φυλακὴν ὀνομάζουσι.

[3]) de Plat. syst. p. XXXI.

[4]) l. c. p. 20. dicit: „Quamobrem deornm domum, quam Vesta servat, juxta terram vel potius in ipsa terra posuit, priscos secutus poetas, qui Olympum terrae admovissent propius ac deos hominibus propinquiores habitaro coegissent.“

proferat, quasi priore etiam tempore eandem jam sententiam firme tenuerit.[5]) Nimirum hanc dixi conditionem, qua Schleiermachero auctore ponitur, Phaedrum utpote ingenio quasi luxuriante scriptum primum fuisse fructum, quo Plato Socratis disciplinam amplexus sit.

Quae sententia tamen stare amplius non potest, sed alteri debet cedere, quae verior jam inventa est. Secundum eam Plato ex primis itineribus quae in Italiam, Aegyptum fecit, redux factus, quum in Academia docere inciperet, Phaedrum scripsit, id quod a viro de Platone eximie merito C. Steinhartio[6]) ita demonstratum rationibusque confirmatum est, ut nemo opinor quidquam desideraturus sit. Nostro igitur jure Deorum domum informamus nobis in supera terra sitam, in qua aperte Plato dicit ipsos deos versari. Ut rationem qua Plato mundi partes disposuisse et animorum per eas motus sibi informasse videtur sub unum conspectum vocemus, juvabit figuram describere.




Id tantum discriminis intercedit inter hanc et quam Boeckhius delineavit figuram, quod hic in medio mundo terra sita est, fixa et immobilis, in Boeckhii autem medium mundi locum tenet ignis centralis, circa quem et terra et cetera omnia corpora mundana circumferuntur. Attamen hic ut illic tres habemus universi plagas, supremam, quae est extra mundum sensibus subjectum, mediam, quod caelum vocatur, infimam sublunarem.[7]) Quam postremam collocamus supra terram (A), terminatur circulo B C D; hoc simul superficies superae terrae indicatur in cujus quavis regione Deorum domum ponere licet. Inter eum et circulum E F G caelum esse statuimus. Haec caelestis regio fornice illo lucido h. e. circulo E F G secernitur a loco supercaelesti. In caelo igitur (inter circulos B C D et E F G) animorum turba comitante dii circumferuntur et vagantur. Quodsi in H deorum domum ponimus, inde ad summum fornicem (orbem E F G) perveniunt eumque excedentes caeli dorsum assequuntur, quod in quovis orbis E F G loco situm informare licet.

Haec sufficiant de loco. Restat ut pauca moneamus de temporis ratione, cujus immensum fere et quod vix cogitari possit spatium Plato prospicientes nos facit. Complectitur enim decem millia annorum. Quod quidem totum temporis spatium rursus dividitur in decem partes, (*περίοδοι*)

---

[5]) Illos maxime locos in mente habeo, quorum alter legitur p. 108. D. ubi Simmias is quidem Philolai discipulus, a Socrate petit, ut suam quam de terra teneat sententiam proferat. Tum *περὶ γάρ τοι*, inquit S., *τῆς γῆς καὶ αὐτὸς πολλὰ δὴ ἀκήκοα, οὐ μέντοι ταῦτα, ἅ σε πείθει* alter paullo infra legitur: *Πέπεισμαι τοίνυν—ἐγὼ, ὡς πρῶτον μὲν εἰ ἔστιν ἐν μέσῳ τῷ οὐρανῷ περιφερὴς οὖσα, μηδὲν αὐτῇ δεῖν μήτε ἀέρος πρὸς τὸ μὴ πεσεῖν* etc. quo loco quis non videt, obiter tantum tangi, terram in medio mundo sitam esse, quasi ea de re dubius quisquam omnino esse non possit?

[6]) In praefatione Mülleri versioni germanicae operum Platonicorum praemissa vol. I. pag. 26. squ.

[7]) Has plagas respondere tribus quas Philolaus animo finxit plagis (*διακόσμοις*): Olympo, mundo (*κόσμῳ*) sive regioni quae est sub Olympo, caelo denique (*οὐρανῷ*), iisque mentem, animam, corpus congrua esse praeclare Boeckhius demonstravit.

quae millenos annos continent. Quo tempore exacto[8]) omnes animi ad propria sua domicilia, ad deos[9]), redire dicuntur, iis exceptis, qui in hac terrestri vita vere philosophati ter eandem vitae sortem sibi delegerunt. Iis enim tribus annorum millibus praeteritis ad deos redire licet.

Talia temporis spatia etiam generationes (*γενέσεις*) a Platone vocantur. Fertur enim omne tale spatium incipere a vitarum electione, qua facta animi nova corpora induant.[10]) Decem autem talibus periodis animorum vitam et historiam voluit perfici et absolvi. „Scilicet[11]) numerus decimalis Pythagoreis erat perfectionis et harmoniae absolutae symbolum propterea, quod unitas et conjunctio est omnis quasi conjunctionis; est enim conjunctio numeri quinarii duplicis, hic vero conjunctio est numeri paris (numeri binarii) et imparis (ternarii). Numerus decimalis igitur omnis perfectio et absolutio est, quapropter, si cursum suum perfecerit, in se ipse revertitur i. e. ad unitatem redit."

Jam eo pervenimus, ut ipsum drama quasi spectare possimus. Ac primum quidem se offert animorum cum deorum pompa circuitus. Animos igitur et divinos et humanos bigis alatis videmus vehentes, aurigis binos equos moderantibus. Humanorum animorum equi mixti esse dicuntur, alter bonus, aurigae obtemperans, alter malus, semper aurigae repugnans; divinorum contra equi ambo prorsus boni sunt. Jam Jove duce, curru alato vehente, dii, exercitus instar in duodecim partes divisi, animorum humanorum iis, qui volunt et possunt, comitantibus, permeant totum caelum, ubi perpulchrum spectaculum iis praebetur. Identidem vero caelum excedentes consistunt in caeli dorso, unde veritatis campum spectare licet. Ibi aspicere licet ipsam pulchritudinem, ipsam justitiam, ipsam temperantiam non eam, quae oriatur, sed quae maneat in aeternum immutabilis, omnes denique sempiternas rerum ideas. Quarum quidem aspectu dii beatissimi fruuntur tamquam proprio suo pastu. Animus vero humanus totus quidem beatissimo illo spectaculo frui non potest; aurigae tantum caput licet efferre, eoque elato animus circumfertur caeli circuitu. Ad evolandum vero pennae maxime adjuvare dicuntur, quae quo magis optimo idearum pabulo nutritae augeantur et crescant, eo magis semper valent ad elevandos animos in acclivi illa via, qua dii caelestes ad idearum spectationem ascendant. Ii vero animi, qui deorum volatum non amplius assequi possunt, de proprio suo domicilio decidunt in terram, ubi corpora induunt.

Jam paucis, quae philosophus hoc mytho de animorum statu et conditione, vita caelesti, lapsu denique statuerit, nobis ob oculos proponamus.

Quivis videt firmam Platonis sententiam fuisse, animum et ante ortum corporis vixisse et post ejus mortem victurum esse. Porro pro certo ponitur animis humanis adeoque perfectissimis corporeum quiddam adhaerere[12]). Proximum, quod nobis statum et conditionem animi considerantibus ultro se offert, triplex illa ejus divisio est, eadem quidem, cui Plato in III. et IV. Politiae libro totum reipublicae aedificium superstruxit. Qua quidem et divinis et humanis animis tres illas partes tribuit: rationem (*νοῦς*) quae aurigae, iram (*θυμός*) quae alteri equo bono, cupiditatem

---

[8]) 248. C. *εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ ὅθεν ἥκει ἡ ψυχὴ ἑκάστη οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων. οὐ γὰρ πτεροῦται πρὸ τοσούτου χρόνου πλὴν ἡ τοῦ φιλοσοφοῦντος ἀδόλως ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας. αὗται δὲ τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετεῖ, ἐὰν ἕλωνται τρὶς ἐφεξῆς τὸν βίον τοῦτον οὕτω πτερωθεῖσαι τρισχιλιοστῷ ἔτει ἀπέρχονται.*

[9]) i. e. ad stellas, ubi, priusquam in terram decidant, animi degunt vitam.

[10]) 249. B. *τῷ δὲ χιλιοστῷ ἀμφότεραι ἀφικνοῦμεναι ἐπὶ κλήρωσιν τε καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου* etc.

[11]) Verba sunt Astii in editione Phaedri pag. 307. sub fine. Conferre jubet hac de re Holstenium ad Porph. (II. 123.) p. 24. squ. Rittershus. pag. 24.

[12]) pag. 246. B. *τὸ πτέρον κεκοινώνηκε δέ πῃ μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου.* Eadem de causa animi de caelo lapsi dicuntur terreni corporis (*γηΐνου σώματος*) participes fieri.

(*ἐπιθυμία*) quae malo equo respondet. Et hic quidem primum ea tripartita animi divisio nobis occurrit, quum antea rationali animi parti (*τῷ λογιστικῷ*) illico irrationalem (*τὸ ἄλογον*) opposuerit. Medium igitur inter has duas animi partes iram posuit. Bene vero notandum est Platonem in hoc mytho tres illas partes animis jam tribuere priusquam humanum corpus induerint. Quod Deuschle contendit factum esse natura mythi[13]). Tales animos Plato narrat quum totum caelum permeare, tum ad supercaelestis regionis spectationem undecim deos comitantes, undecim factis agminibus, ascendere.

Multum est quaesitum, quinam sint illi duodecim dii. Alii igitur, in quibus Astius Creuzerus, censuerunt Platonem de signis zodiaci ac duodecim anni mensibus, quorum antistites ab Aegyptiis culti inde ad Athenienses pervenerint, cogitasse. Quam sententiam Stallbaumius in opusculo supra laudato pag. 21. squ. et docte explicavit et refutavit. Ipse vir doctissimus iis suffragium adjicit, qui Platonem de „corporibus mundanis" cogitasse volunt, i. e. de stellis. Quod ita esse, ego quoque persuasum habeo. Nam omnia iis optime conveniunt, quae diis coelestibus tribuit, velut quod p. 252. C. statuit, omnes moveri *κατὰ τὴν τάξιν, ἣν ἕκαστος ἐτάχθη*. 247. A. ubi omnes dicit omnia *περιπολεῖν*[14]) et *ξυμπεριφέρεσθαι* et *ξυμπορεύεσθαι* 248. A. 249. C. Quae optime etiam consentiunt cum iis, quae in Timaeo corporibus mundanis tribuuntur. Creati igitur sunt dii et bene discriminandi a summo illo deo, omnium rerum auctore. Illos apparet corporeos esse, hunc vero summum deum ne quis animo effingat tamquam animal quod habeat animum et corpus Plato cavere jubet[15]). Rationem tamen, qua duodecim deorum caelestium numerum explicare conatus est, neutiquam mihi probavit. Etenim in incerti cujusdam scriptoris[16]) fragmento nixus praeter orbem stellarum fixarum, qui Jovi tribuendus sit, et terram, in qua Vesta remanserit, sphaeras (*τάξεις*) aetheris, aëris et aquae stellarum errantium orbibus adjiciendas esse censuit. Equidem potius tenuerim, quod Krischius in programmate, de Phaedro Platonico scripto, demonstrare conatus est, qui p. 63. haec dicit: „zwischen dem Mond und dem Fixsternhimmel ist der Tummelplatz für die strebenden Seelen." Causam vero, cur Plato duodecim deos caelestes effinxerit, eo contineri persuasum habeo, quod duodenarius numerus congruens est opinioni populari, cui Plato se in mythis fere solet accommodare. Imprimis enim Athenis duodecim summos deos cultos esse tradit Paus. Att 3, 2. Omnino vero in deorum caelestium circuitu Homerum ei ob oculos versatum esse, et veteres et recentiores interpretes viderunt. Nam eodem fere modo Plato deos caelestes caelum permeantes et ad dapes ascendentes facit, quo Homerus cantat deos Jove duce de Olympo descendisse et in Aethiopiam profectos esse Il. *α*, 423.

*Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὠκέανον μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας*
*Χθίζος ἔβη κατὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο*
*Δωδεκάτῃ δέ τοι αὖτις ἐλεύσεται Οὐλυμπόνδεν.*

Eosdem H. *α*, 493. redisse narrat his versibus:

*Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠώς*
*Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἴσαν θεοὶ αἰὲν ἐόντες*
*Πάντες ἅμα, Ζεὺς δ' ἦρχε.*

---

13) l. l. pag. 21.

14) cf. Tim. pag. 946. A.

15) 246. D. *ἀθάνατον δὲ οὐδ' ἐξ ἑνὸς λόγου λελογισμένου, ἀλλὰ πλάττομεν, οὔτε ἰδόντες οὔτε ἱκανῶς νοήσαντες θεόν, ἀθάνατόν τι ζῶον, ἔχον μὲν ψυχήν, ἔχον δὲ σῶμα, τὸν ἀεὶ δὲ χρόνον ταῦτα ξυμπεφυκότα.*

16) ap. Phot. cod. CCXLIX. pag. 439. ed. Beck. cf. Jambl. vit. Pythag. vol. II. p. 108. ed. Kiessling.

En habes Jovem ἡγεμόνα ϑεῶν reliquosque deos sequentes, ut apud Platonem legimus: τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ ϑεῶν et illud κατὰ δαῖτα ad verbum fere Pl. repetit dicens πρὸς δαῖτα τε καὶ ἐπὶ ϑοινήν, ita ut Homerum videatur carpsisse[17]) Pervenimus jam ad eam quae vel maxime huc pertinet spectationem idearum, quarum doctrinam hic primum eo modo videmus prolatam, quo posteriore tempore, quum perfecta illa fere et absoluta esset. In prioribus enim dialogis nationes universales, quarum doctrinam Socrates nota illa via ac ratione discipulos docuit, se cum colloquentibus inculcavit. Hic primum aperte tamquam plane secretas a rebus quae sub sensus cadant, ideas posuit, rerum sensibilium, ut hoc verbo utar, aeterna exemplaria. Harum idearum spectatione beata cum voluptate deos et qui altiorem eorum volatum consequi possunt animos oblectari censuit eodem fere modo quo Christiani et maxime medii aevi, qui mystici vocantur, dei spectationem omnium voluptatum beatissimam putant. Sed uni aurigae capite elato ideas aspicere licet; aperte igitur hic rationem discriminat a ceteris animi partibus. Porro statuit ex hac idearum spectatione animorum fortunam prorsus pendere ideoque hanc spectationem summum esse finem ad consequendum omnibus propositum. Etenim animi humani secundum Platonem omnes indolem habent idoneam qua ideas aspiciant, pronam tamen ad corruptionem. Jam sunt, qui ea corruptione non correpti semper deos sequantur et beata cum voluptate idearum spectatione oblectentur. Si vero cupiditas et prava voluptas, quam deformi altero equo significare voluit, meliori animi parti repugnat, ita ut impediatur quominus cum diis ascendat in beatissimam illam sedem et ideas aspiciat, animus, pennis amissis, in terram delabitur et corpus induit[18]). „Pennis enim natura ea vis innata est, ut animam sublime ferant ad locum supercaelestem." Quocum plane convenit, quod ideis quam maxime instauratis lapsorum animorum pennae denuo crescere dicantur. Pennis igitur amor significatur et studium, quo elatus ad res divinas animus res corporeas aversatur, scientiam contra, qua vita beatissima cernitur, quam maxime appetit. Ipsa vero causa, cur animi decidant in terram, quae sit, admodum difficilis est quaestio. Fuerunt qui putarent Platonem diversas ejusdem rei easque sibi repugnantes protulisse[19]). Juvat afferre quod Deuschle (l. l. p. 26.) hac de re statuit. „Jener Uebergang (der Seele in die Leiblichkeit) lässt sich schlechthin aus dem reinen Wesen der Seele nicht erklären und doch muss es der Seele eigne Schuld sein. Nur ist es, und das ist auch platonisch, keine sittliche, sondern eine intellectuelle Schuld, da sich das Sittliche überhaupt ins Intellectuelle und seinen Gegensatz auflöst. Welcher Art nun speciell die Schuld sei, sagt Plato nicht, die Worte: καί τινι συντυχίᾳ χρησαμένη λήϑης τε καὶ κακίας πλησϑεῖσα βαρυνϑῇ führen absichtlich rasch über diesen Punct hinweg. Daher wird man sich vergeblich abmühen nach einem sicheren Erklärungsgrunde." Horum vero animorum duo sunt genera, quorum altero ii continentur, qui aurigae caput tum extollunt, tum submergi coguntur ideoque partim tantum ideas conspicantur; alterum genus eorum est, qui mali aurigae causa quantumvis idearum spectationem appetentes conspicari tamen non possunt, quamobrem opinione recta tamquam pabulo fruuntur. Hos tamen priore aliquo tempore jam ideas conspicatos esse credamus oportet. Nam pluribus locis Plato dicit, animos, nisi aliquid certe veri conspicati sint, humana corpora induere non posse.[20]) Cujus rei causa eo con-

---

17) cf. Steinhart, Einleitung zum Phädr pag. 82. 171. Anm. 84.

18) 246. C. ἡ δὲ πτερρορυήσασα φέρεται ἕως ἂν στερεοῦ τινος ἀντιλάβηται.

19) cf. Steinhart l. c. S. 84 Zeller Gesch. der griech. Philos. S. 263.

20) 249. B οὐ γὰρ μήποτε ἰδοῦσα τὴν ἀλήϑειαν εἰς τόδε ἥξει τὸ σχῆμα. Illud ἀλήϑειαν ne quis putet etiam opinione recta contineri referre juvabit quod paullo infra sequitur 249. E. καϑάπερ γὰρ εἴρηται, πᾶσα μὲν ἀνϑρώπου ψυχὴ φύσει τεϑέαται τὰ ὄντα ἢ οὐκ ἂν ἦλϑεν εἰς τόδε τὸ ζῶον. cf. 248. C.

tineri dicitur, quod quicumque animus in corpus humanum abeat, is universales notiones formare h. e. recordatione instaurare possit plane oporteat[21]). Omnes vero animi, qui hanc in terra vitam agunt, corrupti ac remoti esse dicuntur a pristino et perfecto suo statu[22]), quem talem Plato sibi informavit, in quali animus commorans, ceteris duabus partibus rationi in pulcherrimum concentum obtemperantibus, tranquille eo, quod nobiliori ejus parti conveniat, pabulo fruatur. Jam qui plurimum viderint in sincerae aeternitatis domicilio, in philosophorum corpora veniunt, qui minus viderunt, in inferioris generis corpora. (Cf. de hac re Deuschle l. l p. 26.) De statu autem animorum corporibus indutorum quid Plato censuerit, vulgo notum est. Sufficiat unum hujus mythi attulisse locum, ubi aperte sententiam suam prodit. Legitur in pag. 250. C. *καθαροὶ ὄντες καὶ ἀσήμαντοι τούτου ὃ νῦν σῶμα περιφέροντες ὀνομάζομεν, ὀστρέου τρόπον δεδεσμευμένοι*[23]). Jam liceat finem facere disputandi de caelesti animorum vita et transire ad eam quam post mortem corporis agant vitam. Quae plane suspensa est secundum Platonem ab hac vita. Prout enim quisque vel honestius et justius vel inhonestius et injustius hanc vitam transegit, vel melior vel pejor omnes fortuna expectat post mortem. Nam omnium quae fecerunt justissimum fit judicium.

## II. De judicio mortuorum.

De judicio mortuorum, cujus in Phaedri mytho obiter tantum mentio injicitur[24]), copiosius agitur epilogis Gorgiae et Politiae. Quos quidem deinceps considerare juvabit, quo magis appareat, quid scriptor Gorgiae, quid reipublicae de eo cogitaverit. Et prioris quidem (pag. 523 — 524. B.) huc fere redit argumentum.

Homerum testem adhibens Plato narrat Jovem, Platonem, Neptunum imperium a patre concessum inter se divisisse. Semper vero valuisse et usque valere legem quamdam, qua justum quemque et pium post mortem in beatorum insulas profectum ibi beate vivere, injustum vero et impium in Tartarum demissum ibi poenas luere statuatur. Saturno tamen regnante ac nuper etiam, qui in ejus locum successit Jove, judices fuisse viventium corporibus humanis indutorum viventes, qua de causa falsa judicia esse facta. Qua de re questurus Plato jam dicitur e beatorum insulis profectus cum curatoribus[25]) Jovem adiisse. Cui querenti Jupiter aperit consilia, jam diu, antequam ea de re certior sit factus, capta, quibus finem sit facturus falsorum judiciorum. Primum igitur, quum adhuc homines sciverint, quo die sibi moriendum esset, se Prometheum jam jussisse efficere aliquo modo, ut diem supremum ne praesentiant. Porro nudos animos (sc. corporibus)[26]) a judicibus et ipsis nudis esse judicandos ita, ut nihil impedire possit, quominus judices eos penitus in-

---

[21]) 249. C. *δεῖ γὰρ ἄνθρωπον ξυνιέναι κατ' εἶδος λεγόμενον* etc.

[22]) 250. B. *ἣν ὠργιάζομεν ὁλόκληροι μὲν αὐτοὶ ὄντες.*

[23]) ludit Pl. voce *ἀσήμαντοι*, eorum sententiam respiciens, qui *σῶμα* putaverunt esse *σῆμα*, quoniam terrestris vita potius mors dicenda esset. cf. Susemihl I. pag. 107. Anm. 173.

[24]) 249. A. *κριθεῖσαι δὲ αἱ μὲν εἰς τὰ ὑπὸ γῆς δικαιωτήρια ἐλθοῦσαι δίκην ἐκτίνουσιν, αἳ δ' εἰς τοὐρανοῦ τινα τόπον ὑπὸ τῆς δίκης κουφισθεῖσαι διάγουσιν ἀξίως οὗ ἐν ἀνθρώπου εἴδει ἐβίωσαν βίου.*

[25]) 523. B. *ὅτε οὖν Πλούτων καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ οἱ ἐκ μακάρων νήσων ἰόντες* etc. ad vocem *ἐπιμεληταὶ* scholiastes animadvertit: *εἰσὶ δὲ δαίμονες κολαστικοὶ καὶ καθαρτικοί καὶ τελεσιουργοί.*

[26]) cf. Steinh. II. S. 386. f.

spiciant. Judices vero se jam filios suos Asianos Minoem et Rhadamanthum, Europaeum Aeacum fecisse, post ipsorum mortem judicaturos in prati triviis[27]).

Quid veritatis Plato huic epilogo tribuerit, apparet ex iis verbis, quae ejus initio Socratem loquentem facit. Qui ibi profitetur se perpulchram et veram quidem narrationem (λόγον) prolaturum esse. „Pro veris enim" inquit, „tibi (Calliclem alloquitur) quae dicturus sum, dicam." Eodem modo narratione finita: „haec sunt," inquit, „o Callicles, quibus tanquam veris firmam habeo fidem." Exeunte vero dialogo aperte dicit, id quod epilogo protulerit, nihil aliud esse nisi quod pro vero cognoverint tres sapientissimi viri secum colloquentes, ita, ut epilogus tamquam totius dialogi summa ei adjunctus esse videatur[28]). Quae quidem tantum ad ea esse referenda, quae philosophus suis rationibus ductus vera esse statuit, non ad mythi involucra, vix est quod moneam. Jam illa quaenam sint paucis dispiciamus.

Ac primum quidem pro certo posuit immortalitatem animi, quippe qua non sumpta de judicio mortuorum ne sermo quidem esse possit; non nominatim tamen ejus mentionem injicit. Porro posuit mortem esse secessionem animi a corpore; omnis vero concretionis mortalis expertem haudquaquam Platonem animum, injustorum certe, sibi informasse, non exinde solum concluserim, quod animos eorum narrat cicatricibus et vibicibus ob flagitia patrata conceptis obrutos, sed ex eo maxime quod alio loco insanabiles peccatores lacerari aliisque ejusmodi poenis affici dicuntur. Id ipsum vero, judicium justissimum omnes homines post mortem exspectare, Plato si quid unquam habuit persuasissimum, rationibus ductus, quae in philosophia morali nituntur[29]). Nam primum illud ex dei summi justitia consequitur. Etenim quamvis ipsa virtus, si cum vitiositate comparatur, sua praestantia ita eluceat, ut externa bona ne respiciat quidem ideoque fieri non possit quin justus beate vivat, quamvis injusto contra vitiositatis poenae hic jam luendae sint, siquidem quicumque injuste vivat, beate vivere non possit, saepissime videatur tantum beate vivere: tamen convenit dei justitiae divinis etiam praemiis justos donare, miseria quam maxima malos afficere et quam hac in vita desideramus aequam praemiorum et poenarum proportionem post mortem efficere. Saepe enim si externam felicitatem spectamus, vitae usu atque experientia comperimur bonis male, bene malis esse[30]). Hinc in Phaedone Plato „lucrum sane," inquit, „pravis fuerit, si morte animus ejusque pravitas simul cum corpore interiret". Alio modo e dei summi providentia concluditur judicium mortuorum esse. Secundum providentiam enim deus quum omnia ita constitueret ut perfectiora usque

---

27) hunc locum Virg. Aen. VI. 540. his verbis describit:

Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas;
Dextera quae Ditis magni sub moenia tendit,
Hac iter Elysium nobis; at laeva malorum
Exercet poenas et ad impia Tartara mittit.

Nobis de loco disputandum erit, si ad reipublicae epilogum processerimus.

28) cf. Susem. p. 109. Ann. 174. „Ironie oder Geringschätzung liegt wohl in dieser ganzen Einkleidung des Hörensagens und dessen, was damit zusammenhängt, nicht, wie Herm. Schmidt crit. Comment. zu Platos Phaedon I. Hälfte 1850 gegen Böckh. erinnerte. De re quae intercedit huic mytho cum Menonis et Protagorae cf. Sus. p. 103.

29) De nexu hujus sententiae cum toto Gorgiae argumento egregie Steinh. 3, 161 dicit: Die Idee der ewigen Vergeltung steht in der genauesten Verbindung mit der Idee der durch die ganze sinnliche und natürliche Welt herrschenden Harmonie, indem beide den Haupttheilen der wahren Staatskunst entsprechen. Die Gesetzgebung findet ihr Urbild und ihre höchste Bewährung in den Gesetzen, durch welche das Universum regiert wird; die Rechtspflege — ist ein Ausfluss jener ewigen göttlichen Weltordnung, welche die unsterbliche Seele auch nach dem Tode noch die Folgen ihres irdischen Thuns empfinden lässt.

30) cf. Politia X. p. 613. B. C. D. E. cf. legg. X. p. 905. A. B. Hanc gravissimam sententiam ad demonstrandum Plato sibi proposuit in Pol.: virtutem homini unice esse expetendam ideoque beate vivere non posse nisi qui virtuti studeat. cf. Morgensternii de Platonis republica commentationes tres Halis Sax. 1794.

fierent, hominibus tamquam summum finem proposuit morum emendationem. Quem homines, dum hanc vitam agunt, in quam animus velut in exilium missus est, ostreae instar corpore inclusus, tantum abest ut consequantur, ut plurimi corporis contagione polluti vitiisque obruti ex hac vita decedant, pauci tantum ideis magis magisque instaurandis animisque usque a corporis communione sevocandis deo similiores fiant. Attamen ceteri quoque omnes quam maxime sunt adjuvandi ut propius accedant ad finem sibi propositum[31]). Quod hoc uno tantum modo fieri potest, ut quae eorum morbo conveniat medicina iis praebeatur h. e. ut poenas quas decet luant. Constans enim haec Platonis sententia fuit, qua statuebat omnes juste immissas poenas ei uni consilio inservire, ut meliores, qui luerent, redderentur, certe quidem sanabiles[32]). Nam duo impiorum genera discriminat, alterum eorum, qui poenis meliores reddi possint, sanabilium, alterum insanabilium, quibus ipsis neque poenae neque aliud quidquam mederi possit, qui tamen poenis quam acerbissimis luendis alios impios velut insignia documenta deterrere debeant ab injustitia atque impietate et cohortari ad vitam quam maxime juste ac pie agendam.

Restat ut formam poeticam veri hujus argumenti paucis consideremus, qua usus Plato suam sententiam prodidit. Ac circumspicientibus nobis id primum occurrit, Platonem quantumvis alienus sit ab Homero, simulasse tamen se mirum quantum cum eo hac de re consentire eoque modo suae ad vulgarem opinionem accommodatae verisimilitudinis speciem quam maxime praebere. Huc spectat statim initium epilogi,[33]) ubi facile videmus, ab Homeri narratione multum discedere, quod Plato narrat de divisione imperii a Saturno concessi (*ἐπειδὴ παρὰ τοῦ πατρὸς παρέλαβον*); Homerus enim his verbis narrat Il. ϱ, 204.

*— — — — ὅτε τε Κρόνον εὐρύοπα Ζεὺς*
*γαίης νέρθε καθεῖσε καὶ ἀτρυγετοῖο θαλάσσης*[34]).

Paulo infra etiam Homeri testimonium adhibet pag. 526. D. ubi de judicibus narrat, quorum unum, Minoem, Homericum Ulixem vidisse dicit:

*Χρύσιον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νέκυσσιν.*

Quae verba vides quomodo suae ipse sententiae Plato accommodaverit. Satis enim constat Homerum de judicio mortuorum, quale Plato esse vult, ne cogitasse quidem. Ille enim locus a Platone in testimonium vocatus prima specie de judicio mortuorum esse videtur, non est tamen, si verum quaerimus. Tres enim sunt causae, quibus vetamur, illud statuere. Quarum prima umbrarum natura cernitur, altera eo continetur, quod nihil a poeta narratur de priorum domiciliis secretis ab impiorum; tertia denique ea est, quod ipsa verba *οἱ δέ μιν ἀμφὶ δίκας εἴροντο* nihil significant nisi: hi vero eo judice suas causas proferebant. Prima semina tamen illius sententiae fabulis inesse de Tantalo, Tityo, Sisypho narratis sane est concedendum[35]). Idem cadit in fabulam de beatorum domiciliis. Nam unus tantum locus exstat, ubi Elysii mentio injicitur, sed non tanquam beatorum domicilii. Legitur Od. δ, 563. *ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης ἀθάνατοι πέμψουσι.* (Menelaum sc.)

---

[31]) legg. p. 904. A. B.

[32]) Gorg. 525. A. cf. 472. E. Crito 106. B. legg. 854. D. 862. D. E. alia multa.

[33]) *Ὥσπερ γὰρ Ὅμηρος λέγει* etc.

[34]) Aperte Plato in rep. 378. B. castigat hunc etiam locum; exprobratis enim fabulis de Caelo, Saturno ejusque filio ab Homero narratis negat justum et sanctum esse pueros edocere eos, qui extremum scelus (id quod Saturnus) perpetraverit, nil mirum perpetrasse, neque eum, qui patrem gravissima poena affecerit (ut Jupiter), sed fecisse tantum quod deos summos.

[35]) cf. Naegelsbach, Homerische Theologie p. 346. squ.

Mox tamen haec fabula de beatorum insulis magis magisque excolebatur. Pulcherrime eas Pindarus depinxit Ol. II, 123.

ὅσοι δ᾽ ἐτόλμασαν ἐστρὶς
ἑκατέρωθι μείναντες ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
Ψυχὰν, ἔτειλαν Διὸς ὅδον παρὰ
Κρόνου τύρσιν ἔνθα μακάρων
νᾶσος· ὠκεανίδες
αὖραι περιπνέουσιν, ἄνθεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει.

Quo loco Plato sitas eas esse animo cogitaverit, infra erit locus indicandi. Unde cetera sumpserit exquirere longum est. Satis est monuisse, ipsum Platonem facile concessisse ea vel sic vel aliter posse depingi, quin etiam ipsum sibi in ea effingenda non semper constitisse[36]).

Ejusdem mortuorum judicii altera imago depingitur in epilogo qui reipublicae finem facit. Ibi Socrates inducit Erem quendam, Armenii filium, Pamphilium, narrantem, quae viderit, dum corpore vacuus in caelestibus quibusdam regionibus commoratus sit. Etenim fertur in proelio cecidisse, decem vero diebus post, ceteris cadaveribus putredine jam affectis, ipse integer repertus ac domum delatus, ut sepeliretur, quum jam rogo esset impositus, revixisse. Jam ipsa ejus narratio sequitur, quae magnam continet animi historiae partem. Est enim de judicio mortuorum, de statu animorum medio, de vitarum electione. Ad mortuorum judicium, quae pertinent, haec fere sunt. In locum divinum se post corporis mortem Er venisse narrat, ubi duos terrae iisque e regione oppositos et confines duos caeli hiatus viderit, inter quos medii judices sederint. Quos omnibus quos judicassent signa eorum quae fecissent affixisse, justis quidem a fronte, iujustis a tergo, eorumque eos, quos condemnavissent, in sinistrum terrae hiatum deorsum, in dextrum vero caeli hiatum sursum justos ac pios ablegasse[37]). Per ceterorum vero duorum hiatuum alterum caeli se animos descendentes vidisse puros et splendidos, per alterum terrae ascendentes pulvere obrutos[38]). Per sinistrum vero illum terrae hiatum et impios in Tartarum deduci et ascendere insanabiles, quos tamen ostium non admittat, sed terribilem quemdam sonum edens feroces quosdam aspectu igneos viros excitet, qui mugitu illo audito statim veniant, ut scelestos illos deorsum rapiant, crudeliter eos lacerantes et excarnificantes. Per dextrum vero caeli hiatum animos puros auferri in beatorum domicilia.

Locum judicii animo informemus oportet in terra supera. De poenis judicio immissis omnino monetur decies quibusque quorumlibet criminum deinceps poenas luendas esse et semel quidem centenorum annorum spatio. Eo ipso causa cerni dicitur, cur tam brevis sit vita humana. Idem quod ad poenas, valet ad praemia. Et piorum et impiorum duo discriminantur genera. Piorum altero ii continentur, qui recte philosophando dum in hac terra vitam agebant a corporis contagione plane se liberaverunt,[39]) altero ii, qui recta opinione imbuti honeste vixerunt. Impiorum alteri sunt

---

36) Susem. II. S. 270. „Einzelne Abweichungen — dürfen dabei nicht auffallen, da viele einzelne Züge der platonischen Mythen ja nicht unmittelbar dogmatische, sondern nur symbolische Bedeutung haben und daher nach Platons jedesmaligem Bedürfnisse wechseln dürfen."

37) Notum est Graecis sinistrum id fuisse, quod ad occidentem solem spectet, dextrum quod ad orientem, quum ad septemtriones se converterent, caeli aliquam regionem indicaturi. Augurio vero factum est, ut dextrum idem valeret, quod bonum, sinistrum idem quod malum.

38) 614. E. καὶ τὰς ἀεὶ ἀφικνουμένας ὥσπερ ἐκ πολλῆς πορείας φαίνεσθαι ἥκειν cf. 615. A. Reversi igitur ii quidem ab itinere mille annorum ad vitarum electionem congregantur.

39) Quod revera fieri posse in hac vita nequaquam Platonem putavisse sine dubio constat.

sanabiles, alteri insanabiles, in quorum numero imprimis habentur a Platone tyranni, ii, qui impietate deos et parentes violaverunt, homicidae denique. His poenae quibus afficiuntur non ipsis tamquam medicina saluti sunt, sed insigni sunt documento, ne quis alius talia audeat facere. Hunc mythum si comparamus cum illo qui in Gorgia narratur, pauca nobis occurrunt e vulgaribus mythis sumta, multa e Pythagoreorum et Orientalium commentis, quod quidem satis indicatur per Erem illum Pamphilium, sub cujus persona Plato mythum tradit[40]).

## III. De statu animorum medio.

De statu et conditione, in qua longum illud per tempus, quod interjectum est inter judicium et novae generationis initium, animi versantur, praecipue est mythus, quem in Phaedone Plato narravit. Quo inde a pag. 107. usque ad pag. 108. paucis judicii et eorum quae tum eveniunt mentio injicitur, quorum summa huc fere redit.

Pii animi morte a corpore secreti a geniis in locum quemdam ducuntur ibique judicantur. Inde cum suo quisque comite proficiscuntur ad inferos (εἰς Ἅιδου), ubi iis quae conveniunt cuique contingunt. Inde alius dux eos longa post tempora in hanc nostram terram reducit. Impiorum vero animi, corpore cupide adhaerentes, diu et ipsum corpus et omnino locum visui subjectum circumvolitant et vix quidem eo relicto multum obstrepentes genio, inviti eo perveniunt, ubi ceteri congregati sunt. Ibi judicio facto nemo inveniri potest, qui eos comitetur, ita ut errabundi vagentur omni miseria affecti, dum certo quodam tempore exacto redeant in id quod quemque decet domicilium i. e. corpus. Sequitur jam inde a pag. 108. C. usque ad pag. 113. D. descriptio quaedam domiciliorum, quae animis assignantur prout quique vitam hac in terra degerint. Et primum quidem Socrates sive is, cujus personam fert, Plato, aeternam hujus nostrae terrae ideam[41]) depingit, ita quidem, ut sane fatendum sit, si omnino esset, talem eam esse oportere. Ad hanc quod attinet, satis est monuisse, Platonem in hac supera terra beatorum domicilia sita cogitasse[42]). Hanc vero nostram terram vult undique aëre ac nebula circumclusam tamquam ovi vitellum. Nos igitur tamquam pisces in profundo mari, ita in terrae quadam concavitate, aëre repleta, degimus. Nostrae terrae e regione oppositus est Tartarus, quem in alterius hemisphaerii superficie situm nobis informemus oportet[43]). Is vero nostra cum terra admodum variis intra terram perforatis viis cohaerere dicitur. Depingitur tanquam hiatus luti ac caeni plenus, multo major, quam mare internum. Permagni deinde sunt lacus lutei et ignei. Tartaro vero velut serpentes quatuor flumina circumvolvuntur, partim supra, partim infra terram fluentia, quorum extremum est Oceanus, nostrae terrae et damnatorum domicilii terminus. Omnia vero communem originem ducunt e Tartaro, in quem omnia etiam influunt talibus quidem cursibus, quibus omnia ad lacum, ad quem decet, prope accedant. Poenas luant primum ii oportet, qui ad honeste vivendum quod attinet, mediocritatem tenuerunt. Quam

---

40) cf. omnino Steinh. V. p. 265. squ. Susem. II p. 269. squ.

41) Constat Platonem non solum notionum intelligibilium velut boni, pulchri, justi, sed etiam omnium rerum sensibus subjectarum velut lecti, mensae, quin etiam luti ideas animo effinxisse. Cf. infra interpretationem illius loci, quo Plato terrae ideam depingit.

42) haec igitur est ille ὡς ἀληθῶς Ἅιδης, cujus mentio fit in Phaed. p. 80. D. 81. A.

43) Plato globosam sibi terram cogitavit. Ideo notiones ἄνω et κάτω ad eam non pertinere bene cognovit. Qua de causa eam terrae partem, quae nostrae opposita est, vocat (p. 112. C.) τὸν τόπον τὸν δὴ κάτω καλούμενον, locum inferum quem vocant, et per τὸ ἐπέκεινα vel τὰ ἐκεῖνα, nostrum hemisphaerium per τὸ ἐπὶ τάδε vel τὰ ἐνθάδε vel alio tali modo significare solet. 112. C. E.

multo plurimi tenent secundum Platonem. Ii dicuntur in id flumem deduci a genio ipsos comitante, quod Oceani e regione fluit et contra quidem eoque rapi quum alia in loca quae sub terra sunt, tum in lacum Acherusium, unde, postquam per certum quoddam vel majus vel minus tempus ibi manserunt, rursus foras emittuntur, ut novum corpus induant. Ibi dum habitant, poenis solvendis purgari et a criminibus vitiisque liberari dicuntur. Sed praemia etiam reportant omnium bene factorum. Iis impiis, qui sanari omnino non possunt, Tartarum relinquere numquam licet. Eos vero, qui majora scelera perpetraverint velut caedem, parricidium, matricidium, ceterum tamen vitae tempus poenitentes transegerint, fas est in Tartarum dejici, qui eos anno exacto ejicit et eos quidem qui caedem perpetraverunt, in Cocytum, „cui Stygis etiam nomen est", parricidas in Pyriphlegethontem, qui prope ab exitu delabitur in lacum multis ignibus ferventem; quo facto saepius sub terra circumvolvitur, tum vero longe infra in Tartarum influit unde etiam ortus est. Quum vero qui hoc flumine circumferuntur ad lacum Acherusium pervenerunt, ibi eos clamant, quos antea violaverunt. Quibus si persuadere possunt, ut ignoscant injurias sibi allatas, abire licet in lacum Acherusium, si minus, rursus circumferuntur igneo flumine usque dum contingat iis, ut illis persuadeant. Piorum alterum genus eos continet, qui quantumvis virtute et pietate excellentes, sine philosophia tamen vixerunt neque ideas divinas partim sibi insitas, partem vero ortu corporis amissas recordatione instauraverunt. His terra illa in puro aethere sita assignatur ubi beate vivant, ita tamen, ut non semper ibi maneant, sed nova generatione incipiente nova corpora intrent. Nam quod sane mireris, Plato eos, quos beate in caelesti terra vivere fingit, ad summum finem certe non tantum proficere posse censuit ut inde statim ad beatissimorum domicilia abire possent. Potius in mytho qui in X. Pol. libro legitur, omnes illos beatos ex aetheris domicilio descendentes facit ad vitarum electionem; quin etiam ad maximam partem eos, utpote sine ullis laboribus ibi moratos, male deligere fingit vitam futuram, ita, ut magna permutatione facta, qui modo beate vixerunt, adversa fortuna afficiantur et contra. Qui vero plane se purgaverunt a corporis contagione recte philosophando, post judicium in domicilia superae terrae et post decursum itineris mille annorum[44]) in multo etiam pulchriora abire ibique omnino sine corporibus vivere dicuntur[45]).

Quid veritatis Plato huic mytho attribuerit, perspicue indicat verbis, quae fuerunt, qui omnino in omnes mythos Platonicos cadere opinarentur, falso quidem. Nam, quod de hoc mytho statuendum est, id non statim sequitur ad alios etiam valere, siquidem vel maximum discrimen intercedit inter hunc et ceteros. Verba illa leguntur in pag. 108. D., ubi Socrates: „Atqui, Simmia," inquit, „non difficile quidem mihi videtur, enarrare ista: vera autem ea esse, docere, haec res difficilis atque adeo difficillima mihi videtur." Tum in pag. 114. D. totam narrationem de regionibus apud superos et inferos hisce concludit verbis: „Haec igitur, quemadmodum narravi, affirmare, revera ita se habere, non est illud profecto sani hominis. Quae vero ad animos nostros eorumque sedes attinent, quoniam immortales esse animos nostros apparet, ea vel talia vel similia debere esse, hoc vero et convenire mihi videtur, et qui rem ita se habere opinatur, dignum suscipit periculum." Phaedonis tantum mythum haec verba spectant, in quem, cur magis quam in ceteros omnes quadrent, causam eo maxime contineri persuasum habeo, quod hic philosophi vis plane re-

[44]) cf. Susem. II. p. 271. Ann.

[45]) 114. C. τούτων δὲ αὐτῶν οἱ φιλοσοφίᾳ ἱκανῶς καθηράμενοι ἄνευ σωμάτων ζῶσι τὸ παράπαν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον καὶ εἰς οἰκήσεις ἔτι τούτων καλλίους ἀφικνοῦνται etc. illud σωμάτων intelligendum est de solidis corporibus humanis. cf. Susem. p. 461. „Die hier beigefügte vollständige Körperlosigkeit — ist blosses Ideal."

cessit prae ea, qua poetae quidquid cantant, pulchre fingunt, ita ut jam non secundum rationis leges dijudicari possit hujus mythi veritas, sed secundum pulchritudinis leges dijudicandum sit. Ac non temere Plato postquam ratiocinationibus immortalitatem animi ita demonstravit, ut dubitationi nullus amplius locus esse videretur, domicilia animis post mortem assignata depingere conatus est. Nam tum ejusmodi tantum argumento praegresso audere poterat, tam imaginariam picturam secum colloquentibus proponere; tum vero necessitate quadam coactus erat ut dialogum tali fine coronaret, ut pios ac castos, maxime Socratem, ad deos ipsos abeuntes videremus, impios ad Tartarum; ita ut magna voce ille clamitaret: animum quam maxime curate, a corpore sevocate, a vitiositate purgate, ceteris omnibus rebus omissis! En magna spes, eximia praemia![46])

In X. Pol. libro inter poenas sanabilium animorum ea maxime nominatur, qua affecti cogantur sub terra degere ibique talia spectacula aspicere, qualium ipsa memoria vehementissi dolores excitantur. Praemia vero piorum, quorum hic unum tantum genus nominatur, spectaculis beatissimis contineri dicuntur[47]).

## IV. De vitarum electione.

Quasi ut, quanti momenti esset vitarum electio, quippe qua fortuna animorum in totam generationem destinaretur, eo magis sentiremus, totum fere mundum imaginis involucris usus Plato ob oculos proposuit, in mytho qui est in X. Pol. libro. Ibi haec fere Erem illum Plato narrantem facit. Prope eum locum, ubi judicium fiat, pratum esse[48]), quo animus undique convenientes, tamquam longo itinere fatigatos, in celebri conventu recumbentes viderit se invicem salutantes, multa inter se percontantes, multa denique narrantes. Quod pratum octavo die praeterito omnes animos reliquisse. Quatuor per dies profectos se lucem e longinquo vidisse per totum caelum ac terram recta tensam veluti columnam, Iridi similem, puriorem tamen ac splendidiorem. Ad quam ipsam unius diei itinere se pervenisse ibique media in luce extremas ejus (lucis) partes vidisse vinculis e caelo suspensas; nimirum esse eam lucem caeli quoddam vinculum eodem modo, quo transtra triremes coerceant, universum mundum in gyrum se moventem coercens atque continens. Ex extremis vero terminis Necessitatis (Ἀνάγκης) fusum (ἄτρακτον) pendere, quo omnes orbes circumferantur. Scapum (ἠλακάτην) et hamum (ἄγκιστρον) esse adamantinos; verticillum vero, quod ad formam attineat, ei parem esse, quo hic homines utantur. Et ita quidem informetur oportere, quasi in magno et cavo verticillo deinceps minorum alius alio includatur. Sic igitur magno fusi verticillo septem alios includi, quorum labris (χείλεσι) unum magnum formetur labrum. Orbes vero et labra secundum certam quamdam proportionem constructa esse, ut et colores labrorum et motus orbium harmonias quasdam efficiant. Extremum autem totius fusi verticillum secundum eandem rationem circumferri (τήν αὐτὴν φορὰν κυκλεῖσθαι), ceteros tamen omnes in contrarios illi orbes moveri vel majore vel minore cum celeritate, secundum certas quasdam leges constituta. Porro cum sphaeris simul Sirenes cuique tributas circumferri, voces reddentes, quibus concentus quidam efficiatur musicus. Parcas vero, aequalibus inter se spatiis distantes, sphaerarum harmoniae ita accinere, ut Clotho praesentia, Lachesis praeterita, Atropos futura canat. Eorum primam dextra vertere extremum fusi verticillum, alteram sinistra ceteros verticillos, tertiam denique modo dextra

---

46) Cf. Susem. I, p. 462. 463.

47) Pol. 615. A.

48) En habes hic illud pratum ubi in Gorgiae epilogo Jupiter dixit judicia factum iri.

illam, modo hos sinistra. Hic jam paullum subsistamus, ut quae hac magnifica imagine obtegantur, quantum paucis fieri potest, explicemus.

Omnino dicendum est, idem hic mythi integumentis Platonem illustrasse, quod in Timaeo inde a pag. 35. dialectice demonstraverit, rationem dico, qua anima mundi constructa et musicis sive harmonicis intervallis per universum rerum extensa sit ac disposita[49]). Ibi enim corpore mundano ex elementis secundum certas quasdam rationes fabricato animaque ei indita, ex tribus elementis mixta (*τὸ ταὐτόν, ἡ οὐσία, θἄτερον*), qua animetur, quum per se sit omni motu omnique vita expers, Plato motus totius corporis describit anima effectos, quorum duo potissimum genera ponit, alterum extremi orbis, qui vocatur, ejusdem (*ταὐτοῦ*) h. e. caeli cum sideribus certis locis infixis, alterum solis, lunae, quinque stellarum errantium. Nunc jam per se apparet, fusum illum significare rerum universum, scapum axem mundi, circa quem omnia vertantur; coelum cum sideribus fixis (*τὸν ἀπλανῆ*) significari extremo verticillo, orbes solis, lunae, planetarum quinque ceteris septem verticillis extremo illo inclusis. Luce vero illa, quae veluti columna vinculis cum caelo nexa esse dicitur, „galaxias“ significatur, Boeckhio quidem judice[50]). Jam redeamus ad animos quos circa Parcas videmus secundum ordinem quendam collocatos. Jam sortes conjectae, jam vitae admodum variae ac multae propositae sunt, ex quibus omnes deinceps secundum ordinem sortibus constitutum suam quisque eligant.

Singulis omnibus omissis satis est exquisivisse, unde Plato fortunam animorum suspensam esse voluerit. Apparet enim, Platonem quum alia problemata, tum hoc sibi proposuisse ad solvendum, quomodo dei summi justitiae conveniret, quod multi homines nascerentur in iis, quae certe non adjuvarent virtutis studium, saepe impedirent impedimentis fere inexpugnabilibus. Jam quaeritur deone ejus rei culpa sit tribuenda an homini. Ad quam quaestionem quid Plato responderit, apparet ex iis verbis, quibus vatem animos facit alloquentem. „Non vos,“ inquit ille, „genius sortietur, sed vos genium sortiemini. Is quidem, cui sorte obtigerit, prior eligat vitam. Virtus autem libera est (*ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον*), quam quo magis quisque aut veneratur aut despicit, eo magis ejus aut particeps aut expers erit: culpa est eligentis, deus est culpa vacuus“[51]). En vides egregia theodiceae semina, cujusmodi alia aliis etiam locis sparsit.*) Animis igitur ipsis conceditur ut sibi vitam eligant. At quid sit potissimum, quod adjuvet ad bene eligendum, id maxime quaeritur. Vix quidquem forti Plato tribuit. Diserte enim dicit, vel ultimo loco eligenti beatam superesse vitam, si modo ratione utatur, quum eligat, et virtuti enixe studeat, dum vivat[52]). Neque fati necessitati aliud quidquam tribuitur, nisi quod ejus legibus aëneis et rerum universum conservetur, et singulis quibusque hominibus sors, quam sibi delegerint, revera obtingat, quod ita indicatur, ut genius cuique tribui dicatur tamquam comes „*ἀποπληρωτὴς τῶν αἱρεθέντων*“. Quod vero eligere animis licet, nihil est nisi externarum rerum condicio. Inter hanc vero et virtutem ea ratio intercedit, ut mirum quantum impedire possit virtutis studium; quin etiam certorum quorundam vitae generum ita mentio

---

49) Id quomodo in Timaeo Plato demonstraverit Boeckh nuper explicavit in libro: das kosmische System Platos inde a pag. 18.

50) Cf. de systemate caelestium globorum pag. VI annot. Qui accuratius hanc rem persequi volunt conferant. Susem. l. l. II. p. 273. squ.

51) 617. D. Quocum ea plane consentiunt, quibus in Phaedr. 249. B. hujus vitarum electionis mentio injicitur: *τῷ δὲ χιλιοστῷ ἀμφότεραι ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσίν τε καὶ εὕρεσιν τοῦ δευτέρου βίου αἱροῦνται ὃν ἂν ἐθέλῃ ἑκάστη.* *) Ita legg. X. p. 904. cf. Morgensternii comment. II. de Platonis morali doctrina p. 141.

52) 619. B. *καὶ τελευταίῳ ἐπιόντι ξὺν νῷ ἑλομένῳ συντόνως κεῖται βίος ἀγαπητός.* cf. 620. C. ubi Ulixes dicitur quamvis ultimo loco vitam deligens tamen invenisse, quam profitetur, si primo sibi deligere licuisset, se delecturum fuisse.

injicitur, quasi iis maxima adhaereant vitia, velut tyranni[53]). Nimirum ea est tyranni vita, quae externa felicitate quam maxime splendeat, quum opes ei praesto sint, quibus facile pessimas quasque libidines expleat. Eo ipso etiam causa cernitur, cur tyrannos maxime et omnino magna pollentes potentia in insanabilium habuerit numero. Externum igitur vitae statum ut libero arbitrio sibi deligant animis conceditur. Sed quid tandem est, cur non omnibus contingat, ut beatam vitam nanciscantur? Ecce Platonis responsum: „plurimi," inquit, „nesciunt, fieri omnino non posse, quin, qui honeste vivat, simul beatus sit, nec satis cognoverunt, cui potissimum vitae statui conveniat, ut virtutis studium adjuvet. Ideo saepissime fit, ut vana felicitatis specie decepti vitam sibi eligant, quae vel maxime obstet, quominus virtuti studeant et beate vivant. Jam igitur id maxime oportet homines curent, ut ceteris omnibus omissis hanc investigent scientiam ac discant, num alicunde possint aliquem invenire, qui ipsos idoneos reddat ac sapientes, ut bonam vitam a prava bene discernant. Ad externas vero res quod attinet Plato maxime commendavit decantatum illud *μηδὲν ἄγαν* i. e. mediocritatem. Sed quantumvis externis rebus morum emendatio juvetur, firmissima fundamenta ejus conspiciuntur scientia, quae acquiritur philosophia[54]). Attamen Plato non ignoravit „vulgus philosophari non posse." Est tamen aliquid quo compensari certe possit scientiae penuria, poenas dico, quibus tamquam medicina impii afficiuntur. Quibus poenis hoc tribuendum esse Plato censet, ut quantumvis scientiae expertes diligenter tamen consulant, priusquam vitam eligant, et caveant, ne externo splendore decipiantur[55]). Quod quidem iis potissimum accidit, qui scientiae expertes, recta opinione tantum imbuti honeste vixerunt[56]).

Scientia igitur est, unde Plato bonum vitarum delectum pendere voluit, scientia dico moralis philosophiae, cujus principio statuitur, uni virtuti enixe esse studendum. Ita jam perspicue apparet quam arte hic mythus cum toto dialogo cohaereat. Etenim nihil vult efficere, nisi, ut dilucide auditoribus declaret, quantum moralis doctrinae principium praegressa disputatione demonstratum valeat ad fortunam hominum non modo dum hanc vitam agant sed vel maxime post mortem corporis. Jam restat ut de metempsychosi quae vocatur disputemus[57]). Hoc tamen in aliud tempus differre liceat et progredi ad alteram propositi partem, interpretationem quorundam locorum qui in mythis Phaedonis et Phaedri leguntur. Alter est in Phaed. inde a pag. 110. B. *λέγεται τοίνυν* usque ad 112. D. *κρήνας ποιεῖ*, alter in Phaedro inde a pag. 244. B. *τόδε μὲν ἄξιον* usque ad pag. 246. B. *τελέα μὲν οὖν οὖσα.*

---

53) 619. B. (*τὴν πρῶτον ἔφη*) *τὴν μεγίστην τυραννίδα ἑλέσθαι καὶ ὑπὸ ἀφροσύνης καὶ λαιμαργίας οὐ πάντα ἱκανῶς ἀνασκεψάμενον ἑλέσθαι ἀλλ' αὐτὸν λαθεῖν ἐνοῦσαν εἱμαρμένην, παίδων αὑτοῦ βρώσεις καὶ ἄλλα κακά* etc.

54) 618. B. *ἐπεὶ εἴτις ἀεὶ ὁπότε εἰς τὸν ἐνθάδε βίον ἀφικνοῖτο ὑγιῶς φιλοσοφοῖ — κινδυνεύειν οὐ μόνον ἐνθάδε εὐδαιμονεῖν ἂν* etc.

55) 619. D. *τῶν δ' ἐκ τῆς γῆς τοὺς πολλοὺς, ἅτε αὐτούς τε πεπονηκότας ἄλλους τε ἑωρακότας, οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς τὰς αἱρέσεις ποιεῖσθαι.*

56) 616. B. *εἶναι δὲ αὐτὸν τῶν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἡκόντων, ἐν τεταγμένῃ πολιτείᾳ ἐν τῷ πρότερον βίῳ βεβιωκότα ἔθει ἄνευ φιλοσοφίας ἀρετῆς μετειληφότα.* En vides valde aspere Platonem cum hisce egisse. Quid tamen mirum? Facile enim recordamur de ratiocinatione illa Platonis qua statuitur: virtutem, qua summum bonum conspiciatur, esse scientiam; hanc vero parari arte dialectica; virtutem igitur esse non posse nisi philosophia parata. De virtute civili quae vocatur cf. 518. D. Phaed. 69. B. 82. A.

57) Recte de hoc vocabulo praeeunte Olympiodoro Wyttenbachius monet, male eo rem, quam attineat, exprimi. Nam secundum grammaticam rationem hoc vocabulo significatur actio, qua alii deinceps animi in idem corpus migrent, non ea, qua animi in nova corpora. Quae quidem rectius vocatur *μετενσωμάτωσις*, quod vocabulum revera usurpatum est Nemesio, verbi causa de hom. natura II. p. 82. ed. vet. Ox. *κοινῇ μὲν οὖν πάντες Ἕλληνες οἱ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον ἀποφηνάμενοι τὴν μετενσωμάτωσιν δογμάζουσιν.*

Priusquam ad singula accedamus in nostram linguam illos locos vertemus, quippe qua versione facillime appareat quomodo hoc vel illud accipiendum esse statuamus.

„Nun, es geht," sagte er, „mein lieber Genoss, die Sage, dass erstlich die eigentliche Erde dergestalt anzusehen sei, wenn man sie von oben herab schaue, wie die Bälle mit den zwölf Flächen, bunt, mit Farben verziert, von welchen auch die Farben, deren sich unsre Maler hier bedienen, gleichsam nur Proben sein. Dort aber sei die ganze Erde von solchen Farben und von noch viel schönern und klarern als diesen; das eine Stück nemlich sei echt purpurn und ein Wunder von Schönheit, ein andres goldfarbig, ein drittes aber, soweit es weiss sei, weisser als Gyps und Schnee, und in derselben Weise sei sie auch mit den übrigen Farben geschmückt, noch mehrern sowohl als auch schönern, als die wir gesehen haben. Nämlich sogar diese Höhlen schon in der Erde, die doch angefüllt sein mit Wasser wie mit Luft, böten eine gewisse Farbenart, wenn sie in der Buntheit der übrigen Farben schimmerten, so dass eine besondere Gattung von Buntheit, ein zusammengeschmolzenes Bunt, zum Vorschein käme. Auf dieser sogestalten Erde nun wüchsen demgemäss die Gewächse, Bäume wie Blüten und die Früchte. Und wiederum hätten die Berge auf gleiche Weise und die Steine ganz dem entsprechend die Glätte und die Durchsichtigkeit und die Farben schöner; von diesen sein auch diese wert gehaltnen Steinchen hier nur kleine Teile, die Karneole sowohl wie die Jaspis und Smaragde und alles dergleichen; dort aber sei nur derartiges und noch schöneres als diese. Der Grund aber davon sei, dass jene Steine lauter und hell und nicht zerfressen und verderbt sein, gleichwie die im Meere von Fäulnis und Salzwasser, von all dem, was hierher zusammengeflossen ist, was sowohl Steinen als Erdboden als auch dem übrigen, Tieren wie Pflanzen, Verunstaltung und Krankheit bringt. Die eigentliche Erde aber sei mit all diesem geschmückt und dazu noch mit Gold wie Silber und dem übrigen der Art; es liege diess nemlich von Natur schon zu Tage, in reicher Menge und in grosser Ausdehnung und an vielen Orten der Erde, so dass ihr Anblick ein Schauspiel der säligen Beschauer sei. Lebende Wesen aber wohnten auf ihr andre sowohl als auch Menschen, die einen im Binnenlande, andre am Gestade der Luft, gleichwie wir am Gestade des Meeres, noch andre auf Inseln, die am Festlande sein, von Luft umflossen; und mit einem Worte, was für uns das Wasser und das Meer ist nach unserm Bedürfnis, das sei dort die Luft, was für uns die Luft, sei jenen der Aether. Die Jahreszeiten aber sein ihnen in der Weise temperirt, dass sie nichts von Krankheit wüsten und viel längere Zeit lebten als die Menschen hier und durch Gesicht und Gehör und Geruch und alles der Art in eben dem Abstande von uns sich befänden, als Luft von Wasser und Aether von Luft sich befindet in Rücksicht auf Reinheit. Und sie hätten auch Göttertempel wie Heiligtümer, in denen die Götter in der Tat wohnhaft sein und es würden ihnen Stimmen und Prophezeiungen und Schauungen der Götter und solcherlei Gemeinschaften mit denselben zu Teil; und die Sonne und der Mond und die Sterne würden von ihnen in ihrer wirklichen Gestalt gesehen und es sei die Glücksäligkeit in den andern Stücken dem entsprechend.

So nun sei die vollständige Erde beschaffen und was sie umgebe. Räume aber sein in ihr je nach den Vertiefungen derselben rings im Kreise herum in grosser Menge, die einen tiefer und weiter, als der (Raum), in dem wir wohnen, die andern hätten bei grösserer Tiefe eine engere Kluft, als der unsere; es gebe aber auch welche die weniger tief sein, als der hier, und breiter. Diese aber alle stünden unter der Erdoberfläche durch schmalere oder breitere Gänge mit einander in Verbindung und hätten Durchgänge, in denen Wassers die Menge auseinander ineinander fliesse, wie in Mischkessel, und unglaublich grosse immerfliessende Ströme unter der Erdoberfläche sowohl

warmen als kalten Wassers; Feuer aber in Menge und gewaltige Feuerströme, viele Ströme auch flüssigen Schlammes, reinerer wie kotigerer Art, sowie in Sicilien die vor dem Feuerstrome herfliessenden Schlammströme und der Feuerstom selbst. Davon nun würden jedesmal die Räume erfüllt, so oft ihnen gerade die Ueberströmung zu Teil werde. Alles diess aber bewege gleichsam eine in der Erde sich befindende Schaukel auf und nieder; es bestet aber diese Schaukel vermöge einer solchen Naturbeschaffenheit. Einer der Erdschlünde ist einerseits sowohl sehr gross als mit einem Durchgange, der durch die ganze Erde gebohrt ist, versehn, der, den Homer meinte, da er jenes Wort sprach:

Fern wo unter der Erde am tiefsten sich senket der Abgrund;

den auch anderswo sowohl jener als viele andre der Dichter Tartarus genannt haben. In diesen Schlund nemlich rinnen alle Ströme zusammen und aus diesem rinnen sie wieder heraus; sie nehmen aber immer die Eigenschaft des Erdreiches an, durch das sie gerade strömen. Die Ursache aber davon, dass alle Ströme von dort heraus und dahinein fliessen, ist, dass diess Gewässer keinen Boden noch Grund hat. Sie schweben und wogen nun auf und nieder und ebenso die Luft und der Wind um sie herum; denn er folgt ihnen sowohl, wenn sie gegen das jenseitige, als auch wenn sie gegen unser Land hier andringen, und gleichwie bei Atmenden immer der Atem im Flusse aus und einströmt, so ist auch dort die strömende Luft in der Schwebe und verursacht den Gewässern durch ihren Ein- und Ausgang gewaltige und unglaubliche Winde; und wenn also nach dem Andrange das Wasser zurückweicht in den sogenannten untern Raum, so strömt sie (die str. Luft) durch die Erde hindurch den Orten zu wo die jenseitigen Luftströme sind und erfüllt sie zugleich wie die Pumpenden; und wann sie wiederum von dort ablässt und hierher andringt, so erfüllt sie wieder die Orte hier; die angesammelte Wasserfülle aber rinnt durch die Canäle und die Erde hindurch und giebt, in den Räumen angelangt, wohin sie gerade auf ihrem Wege kommt, Meeren und Seen und Flüssen und Quellen den Ursprung. —

110. D. *ἐκεῖ δὲ οὐδὲν ὅτι οὐ τοιοῦτον εἶναι καὶ ἔτι τούτων κάλλιον.* Hanc lectionem praebet optimus Coisl. et Ficinus habuit, quum verteret: illic nihil esse quod non tale sit aut etiam pulchrius. *καλλίω* legit Steph. cum ceteris libris. Quae lectio per se stare potest. Nam *οὐδὲν ὅτι οὐ* ad sensum est idem quod *πάντα* (cf. Heindorf. qui ad h. l. docet multis exemplis *οὐδὲν ὅτι οὐ* saepe in unam notionem coalescere). Apparet tamen, facile scribarum errore e modo praegressis *καλλίω* hunc in locum irrepere potuisse, qua de causa equidem *κάλλιον* probaverim, quod etiam Bekkerus recepit quum Turicenses legant *καλλίω*.

ibid. *τὸ δ' αἴτιον τούτου εἶναι, ὅτι ἐκεῖνοι οἱ λίθοι εἰσὶ καθαροὶ καὶ οὐ κατεδηδεσμένοι οὐδὲ διεφθαρμένοι ὥσπερ οἱ ἐνθάδε ὑπὸ σηπεδόνος καὶ ἅλμης ὑπὸ τῶν δεῦρο ξυνεῤῥυηκότων, ἃ καὶ λίθοις καὶ γῇ καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις τε καὶ φυτοῖς αἴσχη τε καὶ νόσους παρέχει.*

Haec est lectio librorum. Stallb. struendum esse censet: *οὐδὲ διεφθαρμένοι ὑπὸ σηπεδόνος καὶ ἅλμης, ὥσπερ οἱ ἐνθάδε ὑπὸ τῶν δεῦρο ξυνεῤῥυηκότων,* quod fieri nequit. Wyttenb. verba *ὑπὸ τῶν δεῦρο ξυνεῤῥυηκότων* tamquam apposita accipit ad *σηπεδόνος καὶ ἅλμης,* quod ad sensum bene se haberet. Nam *σηπεδών* hoc loco id significat, quod putredinem efficit, ita ut abstractum positum sit pro concreto. Sed quomodo *ὑπὸ* repetitum ferri possit nemo videt. Heindorfius recepit *καὶ*, quod Eusebius praebet ante verba *ὑπὸ τῶν δεῦρο ξυνεῤῥυηκότων*, quum „aqua nebulaque et aër intelligenda sint ideoque ad sensum illud *καὶ* requiratur." Non tamen credo hanc mutationem cuiquam satisfacturam esse. Etenim etiam salsugo et putredo confluxit huc i. e. in hanc terram ideoque *ἄλλων* vel tale quid deesse non posset. Optime omnia procedunt si legitur *ἐν θαλάττῃ*

loco vocabuli *ἐνθάδε*. Quae mutatio est facillima. Fac enim verba *ἘΝΘΑΛΑΤΤΕΙ* compendio quodam scripta esse: concedes facile *ἘΝΘΑΔΕ* irrepere potuisse. Ad sensum vero optime sic legitur. Nam Plato modo praegressis comprobaturus erat, montes et lapides superae terrae pulchriores esse quam nostrae. Jam pergit ita: „cauja ejus rei est, quod illi lapides sunt puri et non adesi neque corrupti, velut qui in mari sunt propter putredinem et salsuginem (sc. adesi et corrupti sunt), propter ea, quae huc (i e. in hanc terram) confluxerunt." Ita igitur tum supera terra cum hac nostra, tum haec cum mari comparatur. Confirmatur haec conjectura maxime loco qui legitur 110. A. *ἅπας ὁ τόπος ὁ ἐνθάδε διεφθαρμένα ἐστὶ καὶ καταβεβρωμένα ὥσπερ τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ ὑπὸ ἅλμης*. Ceterum *σηπεδών* respicit illa *σήραγγες δὲ καὶ ἄμμος καὶ πηλὸς ἀμήχανος καὶ βόρβοροι* ibid.

p. 111. B. *καὶ δὴ καὶ θεῶν ἕδη τε καὶ ἱερὰ αὐτοῖς εἶναι, ἐν οἷς τῷ ὄντι οἰκητὰς θεοὺς εἶναι, καὶ φήμας τε καὶ μαντείας καὶ αἰσθέσεις τῶν θεῶν καὶ τοιαύτας ξυνουσίας γίγνεσθαι αὐτοῖς πρὸς αὐτούς*. Quaeritur maxime ad utrum *αὐτοῖς* referendum sit, deosne an homines. Pendet judicium a ratione, qua verba conjungamus. Dubium vero non est, quin ita sint inter se nectenda, ut voces *φήμας, μαντείας* etc. ad *γίγνεσθαι* referantur. Quod necessarie fit, quod *οἰκητὰς εἶναι* unam significat notionem, candem fere, quam *οἰκεῖν*. Inde apparet, interpungendum esse post *εἶναι*, ideoque *αὐτοῖς* referendum esse ad homines, quibus et voces et responsa et visa ac somnia et ejusmodi usus cum diis contingant.

111. C. *στενότερα*. Bekkerus scripsit *στενώτερα*, quam formam Platoni etiam in Tim. pag. 66. D. tribuit. Heind. qui lectionem *στενότερα* recepit, animadvertit, forsan potius Jonicam formam *στεινότερα*, quae verbi causa Her. II, 8. legitur, recipiendam esse. Altera quaestio est de ipsa forma, altera, utra forma Platoni tribuenda sit, quam posteriorem puto criticis ad dijudicandum esse proponendam. De priore vero quae habeo, proferam. Nota est lex secundum quam comparativus et superlativus per *οτερος* et *οτατος* formatur, si ea syllaba, quae exitum antecedit longa, per *ωτερος* et *ωτατος* si brevis illa est (Etym. magn. p. 275.). Quae lex incredibile est quam firme et constanter sit servata. Quid mirum? Nam orta est versu heroico, cui formae veluti *σοφότερος βεβαιότερος ἰσχυρώτερος* nullo modo convenire poterant. Quam legem etiam poetae Attici ita tenuerunt, ut adeo comparativum, quorum praeultimam positio mutae cum liquida epica quidem aetate produxerat, ut epici formarent, quamvis ipsis illa brevis usurparetur, velut Eurip. Hec. 766. ubi legitur *πικροτάτον*. In iis tantum, quae epicis nondum usurpata erant, Attici poetae suam ipsorum rationem sequebantur. Ita verbi causa legitur *δυσποτμώτατος, εὐτεχνώτατος*. Quae quum ita se habeant, quid censendum erit, quum duo vocabula afferantur, quae plane exorbitent, velut *στενότατος* et *κενότατος*? (Etym. magn. l. c.: *πλὴν τοῦ στενότατος ἅπερ φασὶν ἀπὸ τοῦ στεῖνος καὶ κεῖνος γεγονέναι*). Quaestio est, quomodo hae formae explicandae sint. Nam non licet, id quod Heindorfius proposuit, formam mutare et scribere *στεινότερος*, quum adeo Jonicis forma *κεινός* raro usurpata sit. Mihi quidem ita se res habere videtur. Formae *στενός* et *κενός* assimilatione quadam ortae, paenultimam longam habebant positione, quamvis scriptura non expressa. Jonici contra vocalem produxerunt, ita ut *στενός κενός* a *στεινός* eodem modo inter se differant, quo *γόνα* (quod etiam *γόννα* scriptum fuisse Buttmannus putat) et *γοῦνα, φαεννός* et *φαεινός, βόλλα* et *βούλη* multa id genus alia. (cf. Buttm. gr. ampl. p. 323. ann. p. 282. ann.) Quod ita sese habere maxime confirmatur comparatione vocabuli *ἔνατος*, quod, ortum ex *ἔννεατος*, apud Homerum tum brevem tum longam habet primam syllabam. Attici habent *ἔννατος* et *ἔνατος*, quam posteriorem formam grammatici praeponunt illi. (legitur Thuc. 1, 117. Boeckh Corp. Ins. 222b. 227b.)

112. B. *ὅταν τε οὖν ὁρμῆσαν ὑποχωρήσῃ τὸ ὕδωρ εἰς τὸν τόπον τὸν δὴ κάτω καλούμενον*

τοῖς κατ᾽ ἐκεῖνα τὰ ῥεύματα διὰ τῆς γῆς εἰςρεῖ τε καὶ πληροῖ αὐτὰ ὥσπερ οἱ ἐπαντλοῦντες. Heind. ita construit verba: τά ῥεύματα εἰςρεῖ διὰ τῆς γῆς τοῖς κατ᾽ ἐκεῖνα καὶ πληροῖ αὐτά, „quamvis durusculum sit ἐκεῖνα sejungere a sequente τὰ ῥεύματα.“ Is igitur τὰ ῥεύματα subjectum hujus enuntiati esse voluit, quod fieri nequit; nam apparet τὰ ῥεύματα referenda esse ad κατ᾽ ἐκεῖνα. Alii τὸ ὕδωρ subjectum esse putaverunt, velut Wyttenb. qui vertit: „sed quum aqua in illum locum recessit, tunc (W. legit τότε pro τοῖς) in flumina quae illic sunt, ex inferiore terra (διὰ τῆς γῆς) emergens influit, eaque implet, ut apud nos faciunt hi, qui aquam antlia haurientes eam alteri aquae affundunt.“ Ita tamen ne statuamus ipsa ratio vetat. Ipsamne igitur aquam se sibi affundere, quem admodum, qui antlia utantur, faciant? Accedit, quod supra jam Plato monuit, omnes aquas in illum locum influere et rursus ex eo effluere, (p. 112. A.) ideoque supervacaneum est hic repetere. Quaeritur, quis sit affundens, quid quod affundatur. Iis, quae antecesserunt, Plato demonstravit aërem et spiritum (πνεῦμα) suspensum teneri et sursum deorsum moveri simul cum aqua (112. B.) ita quidem: „(spiritus) sequitur“, inquit, „eam et quum (aqua) prorumpat et quum recedat, et quo modo a respirantibus spiritus et exspiratur et respiratur, eodem spiritus aquae (τῷ ὑγρῷ) validos excitat ventos et influens et effluens. Quum igitur aqua in locum inferum qui vocatur recedat, postquam prorupit, ad ea quae illic sunt affluit (spiritus) et quemadmodum antlia aquam haurientes faciunt, replet.“ Jam apparet subjectum esse τὸ πνεῦμα, quod si tenetur, omnia optime procedunt. Phaedr. pag. 244. B. — 246. B.

Diess wahrlich ist wert, es dafür als Zeugnis zu jenem anzuführen, dass auch von den Alten die, welche den Dingen die Namen beilegten, den Wahnsinn für nichts hässliches, noch für etwas schmachvolles hielten. Sie würden nemlich (in diesem Falle) nicht mit der schönsten Kunst, durch welche die Zukunft erkannt wird, gerade diesen Namen verknüpft und sie Manik genannt haben, sondern, als sei er etwas schönes, wann er als göttliches Geschenk einem zu Teil werde, in dieser Meinung legten sie ihr den Namen bei. Die Neuern aber, ohne Sinn für das Schöne, schoben das Tau ein und nannten sie Mantik; da sie auch die Erforschung der Zukunft, welche Gesundsinnige durch den Vogelflug und andre Anzeichen betreiben, weil sie ja dem menschlichen Wähnen aus ihrer besonnenen Beobachtung Einsicht und Kenntniss zu Teil werden lassen, Oionoistik benamsten. Diese nennen jetzt die neuern, durch das ō die Gravität des Wortes hebend, Oiōnistik. In dem Grade nun als durch Vollkommenheit und Wert die Wahrsagekunst die Kunst des Vogelschauens, der Name der einen den der andern übertrifft, in dem Grade übertrifft an Schönheit nach dem Zeugnisse der Alten der Wahnsinn die nüchterne Besonnenheit, als die von Gott herrührende die menschliche. Nichts hässliches ist er, sondern wahrlich von den grössten Krankheiten und Drangsalen, die irgend woher wegen des Zorns der Götter um alte Vergehungen in einigen der Geschlechter hausten, fand der inwohnende und weissagende Wahnsinn, denen er sollte, Befreiung durch Zuflucht zu den Gebeten und Gottesdiensten; und als ihm daher Sühnungen und Weihfeste zu Teil geworden, machte er den, der an ihn sich hielt, für gegenwärtige und künftige Zeit vom Fluche frei, nachdem er dem in rechter Weise rasenden und besessenen Erlösung von den gegenwärtigen Leiden gefunden. In einer dritten Gestalt, wenn nemlich die Musen den Menschen ergreifen, erscheint der Wahnsinn, der dadurch, dass er, eine zarte und unbefleckte Seele erfassend, diese erregt und begeistert zu Liedern und zur übrigen Dichtung und unzählige Taten der Alten schön gestaltet, die Nachfahren erzieht. So oft aber einer ohne Wahnsinn in den Dichterhallen der Musen einsprach, in der Ueberzeugung, er werde durch Kunst ein vollkommener Dichter werden, verschwand er selbst wie seine Dichtung als die des Nüchternen wirkungslos vor der des Wahnsinnigen.

So viele schöne Wirkungen des von den Göttern stammenden Wahnsinns und noch mehr habe ich dir zu nennen und so wollen wir wenigstens dieser Befürchtung nicht Raum geben, noch soll uns irgend eine Rede irre machen, die uns einängstigt, dass man bei der Freundeswahl vor dem Wahnsinnigen den Besonnenen vorziehn müsse; sondern die soll den Kampfpreis davontragen, die zu jenen Beweisen den hinzubringt, dass nicht um Vorteils willen die Liebe dem Liebenden und dem Geliebten von den Göttern herabgesant wird. Uns aber liegt ob widerum das Gegenteil davon zu beweisen, dass nemlich um des grössten Heiles willen von Seiten der Götter ein so gestalter Wahnsinn verliehen wird. Die Darlegung aber wird den Vernünftlern unglaublich, den Weisen aber glaublich sein. Zuerst nun ist es nothwendig, durch Betrachtung der Affectionen und Handlungen der Seele über die Natur der göttlichen sowohl, wie der menschlichen, das richtige zu erkennen. Der Anfang der Darlegung ist folgender:

Jede Seele ist unsterblich; denn das stets bewegliche ist unsterblich; bei dem aber, was andres bewegt, und von anderm bewegt wird, tritt mit einem Stillstande der Bewegung Stillstand des Lebens ein. Allein also das selbst sich bewegende, weil es sich selbst ja nicht im Stiche lässt, hört niemals auf, sich zu bewegen, sondern auch den übrigen Dingen, so viele sich bewegen, ist diess Quelle und Princip der Bewegung. Ein Princip aber ist ohne Anfang; denn aus einem Principe muss alles, was wird, werden. Das Princip selbst aber kann schlechterdings aus nichts werden; denn wenn das Princip aus irgend etwas würde, so wäre es ja nicht mehr Princip. Da es aber ungeboren ist, so muss es auch unvergänglich sein; denn ist das Princip zu Grunde gegangen, so wird es selbst weder irgend je aus etwas entstehn, noch andres aus jenem, wenn anders aus dem Princip alles entstehen muss. So ist also Princip der Bewegung das mit eigner Kraft sich selbst bewegende. Diess aber kann unmöglich weder vergehn noch entstehn, oder es muss nothwendig der ganze Himmel und die ganze Schöpfung zusammenfallen und stillstehn und nichts irgend je da sein, woher ihr die Bewegung wieder werden kann. Das nun gerade, was für unsterblich erklärt worden ist, das von selbst sich bewegende, als Wesen und Begriff der Seele zu bezeichnen, wird Niemand Anstand nehmen. Jeder Körper nemlich, dem von aussen her die Bewegung kommt, ist leblos, wem sie aber von innen aus sich selbst heraus wird, der ist lebendig, da diess die Natur der Seele ist. Wenn das aber sich so verhält dass nichts anders das sich selbst bewegende ist, als die Seele, so wäre ja wohl mit Notwendigkeit die Seele etwas ungebornes und unsterbliches. Genug nun von der Unsterblichkeit derselben.

In Betreff ihres Urbildes aber muss man das sagen, dass, zu erforschen, wie gestaltet die Seele in Wirklichkeit sei, Sache einer in jeder Beziehung göttlichen und langen Untersuchung sei; hingegen aufzufinden, wem sie gleiche, Sache einer sowohl menschlichen als kleinen. In dieser Weise wollen wir demnach reden. Sie soll gleich sein dem harmonisch verwachsnen Wesen eines befiederten Gespannes und eines Wagenlenkers. Der Götter Rosse nun sowohl wie Wagenlenker sind sämmtlich selbst gut und aus gutem Geschlecht, die der übrigen aber sind gemischt. Fürs erste nun ist der Herrscher über uns des Zwiegespannes Wagenlenker, sodann ist das eine von seinen Rossen schön zugleich und gut und aus einem derartigen Geschlecht, das andere sowohl aus entgegengesetztem Geschlecht als auch entgegengesetzter Art. Mühsälig also und schwierig ist die Lenkung unsers Gespannes. Wir müssen nun versuchen zu sagen, wie demgemäss sie nun zu dem Namen sowohl eines sterblichen als unsterblichen Wesens gekommen ist. Die gesammte Seele waltet über allem unbeseelten; um den ganzen Weltkreis wandelt sie herum, indem sie jetzt in dieser, dann in andrer Gestalt zur Erscheinung kommt.

244. C. *ἐπεὶ καὶ τήνγε τῶν ἐμφρόνων ζήτησιν τοῦ μέλλοντος, διά τε ὀρνίθων ποιουμένων καὶ τῶν ἄλλων σημείων, ἅτ᾽ ἐκ διανοίας πορıζομένων ἀνθρωπίνῃ οἰήσει νοῦν τε καὶ ἱστορίαν, οἰονοϊστικὴν ἐπωνόμασαν.* Corruptae librorum lectioni in pristinum splendorem restituendae Stephanus, Heindorfius, Buttmannus suam quisque operam impenderunt. Restat tamen etiamnum magna difficultas. Dubitarunt enim viri docti de structura verborum, maxime propter illud *ποιουμένων* et *πορıζομένων*. Et Stephanus quidem mutavit et scripsit *ποιουμένην*; *πορıζομένην* proposuit tamquam probabiliorem lectionem. Heindorfius bene vidit ad *ἐμφρόνων* illa participia referri posse, improba-

vit tamen hanc structuram tanquam duram ideoque Stephani conjecturam *ποιουμένην*, quam Aristides etiam confirmat, in textum recepit, *ποριζομένων* in *ποριζόμενον* mutavit. Quae posterior conjectura, etiamsi bonum sensum praeberet, tamen rejicienda esset, si lectionem librorum non corruptam esse appareret. Sed malum adeo sensum praebet; nexus verborum hic est: *τῶν ἐμφρόνων ζήτησιν τοῦ μέλλοντος — ἅτε ἐκ διανοίας ποριζόμενον ἀνθρωπίνῃ οἰήσει νοῦν τε καὶ ἱστορίαν, οἰονοϊστικὴν ἐπωνόμασαν.* H. vertit: „hominum furore non correptorum investigationem futuri — velut mentem quandam et cognitionem humanae opinioni ex sobria animi agitatione proficiscentem *οἰονοϊστικήν* veteres illi appellaverunt.“ H. igitur *ποριζόμενον* referri voluit ad *νοῦν τε καὶ ἱστορίαν* et cum hisce appositionis loco adjectum esse putavit voci *ζήτησιν*. Ita igitur id, quod efficitur investigatione (*ζητήσει*) scil. intelligentia et cognitio, idem valeret quod ipsa investigatio. Tum vero etiam *ἅτε* particula, quantum equidem scio apud Platonem numquam significat „velut“, quem significatum hanc vocem habere apud Pindarum, poetas Atticos, Herodotum, non ignoro. Hic certe causam nectit et eam quidem ut fere solet, quae in re ipsa inest. Stallbaumius legit[58]) *ποιουμένην* et *ποριζομένων* „quum ad *ποριζομένων* facile *αὐτῶν* intelligi queat.“ Quod quidem facile fieri equidem haud crediderim. Turicenses et Bekkerus tenuerunt lectionem librorum, quae revera sana est quod apparet, si recte construimus. Participia *ποιουμένων* et *ποριζομένων* referenda sunt ad *ἐμφρόνων:* ad *ποιουμένων* facile ex praegressis subauditur *ζήτησιν*, ita ut idem fere valeat, quod *ζητουμένων*, investigantium; verba per *ἅτε* particulam nexa causam indicant, cur *ζήτησις* illa nomen *οἰονοϊστική* acceperit. Vertendum est: „nam hominum sanorum investigationem futuri, investigantium avium volatu ceterisque ostentis, utpote ex sobria sua mente opinioni humanae praebentium intelligentiam et cognitionem *οἰονοϊστικήν* veteres illi appellaverunt.“

ibid. D. *Ἀλλὰ μὴν νόσων γε καὶ πόνων τῶν μεγίστων, ἃ δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων ποθὲν ἔν τισι τῶν γενῶν.* Haec est lectio librorum. Heind. ad scribendum proposuit: *ἅτε δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων.* Sed primum illa *τῶν γενῶν γενομένων, ἡ μανία ἐγγενομένη* insuavius sonant quam pro Platone, tum etiam particula *ἅτε* languet. Verum vidit Stallb. qui censet intelligendum esse *ἦν*. Immo paene dixerim fieri non potuisse quin hoc loco deesset. Inter *ποθέν* et *τινῶν* nihil fere discriminis interest, nisi quod per illud *θεν* praepositionis *ἐκ* vis repetitur. Hoc *ποθέν* antecedens etiam reperitur velut Phil. p. 16. C. *δόσις ποθὲν ἐκ θεῶν ἐρρίφη διά τινος Προμηθέως ἅμα φανοτάτῳ πυρί.* De iis, quae sequuntur: *ἡ μανία ἐγγενομένη καὶ προφητεύσασα οἷς ἔδει ἀπαλλαγὴν εὕρετο*, quaeritur maxime, quonam *οἷς ἔδει* referendum sit. Alii enim cum iis quae sequuntur junxerunt, velut Astius Lobeckius, qui egregie hunc locum interpretatus est Aglaophami Tom I. p. 636. ubi sic locum descripsit: *ἡ μανία ἐγγενομένη καὶ προφητεύσασα, οἷς ἔδει ἀπαλλαγὴν εὕρετο*, alii cum iis, quae antecedunt, velut Stallb. qui sic locum descripsit: *ἡ μανία ἐγγενομένη οἷς ἔδει (ἐνεῖναι) καὶ προφητεύσασα οἷς ἔδει (προφητεῦσαι) καταφυγοῦσα* etc., Turicenses, qui post *ἔδει* interpunxerunt. Equidem censeo, et cum iis quae sequantur et iis quae antecedant jungendum esse, ita ut positum sit *ἀπὸ κοινοῦ*.

p. 245. D. *εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἔτι ἀρχὴ γένοιτο.* Libri praebent: *οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο*, quam lectionem Turicenses servaverunt. Quae quidem ita tantum aliquem sensum praeberet, si ex iis, quae antecedunt, tamquam enuntiati primarii subjectum intelligere liceret *πᾶν τὸ γιγνόμενον.* Quod tamen tam durum esset ut vix putem simile quiddam apud Atticos deprehendi. Sensus vero tolerari posset. Ideoque Heindorfio scribendum esse videbatur: *οὐκ ἂν πᾶν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο.* Schleiermacherus vel post prius vel ante posterius *γίγνοιτο* pronomen *τοῦτο* excidisse putabat, quod respiceret illud *ἔκ του* et reddebat: Denn wenn der Anfang aus etwas entstände, so würde doch diess nicht aus dem Anfange entstehn. Addas cogitatione: quum omnia e principio oriantur necesse sit. Subest tamen huic demonstrationi petitio, quae vocatur, principii. Nam id ipsum ad demonstrandum Plato sibi proposuit, nihil oriri posse nisi ex principio. Sensum, qui nexu verborum postulatur, jam Vigerus vidit ad Euseb. Praep. Ev. XIII, 13, p. 687. Muretus in Var. Lect. VIII, 3. cognovit, Ciceronem verum sensum reddidisse his verbis (Tusc. 1, 23. cf. de rep. p. 327. ed Tub.): „nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde.“ Falso tamen mutaverunt. Uterque enim conjecit: *οὐκ ἂν ἀρχὴ γίγνοιτο.* Melius ad sententiam Astius ad scribendum proposuit[59]): *οὐκ ἂν ἦν ἔτι ἀρχή*, nixus loco Timaei Locrensis ap. Cl. Alexandr. Strom. V. p. 604. Tom. II. p. 718. *μία ἀρχὰ πάντων ἐστὶν ἀγέννητος.* (sic) *εἰ γὰρ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἦν ἔτι ἀρχά* etc. Propius tamen ad lectionem librorum accedit Buttmanni conjectura: *οὐκ ἂν ἔτι ἀρχὴ γένοιτο.* Facillima est mutatio. Nam ex *ETI* apparet facile fieri potuisse *EΞ*; pro *γένοιτο* vero *γίγνοιτο* saepissime scribarum errore irrepsisse vulgo notum est.

---

58) Doleo quod novissima St. editio non ad manum erat, quum hoc scriberem.

59) Didici hanc Astii sententiam ex ed. Im. Bekkeri cum adnot. integris instructa ed. Londini 1826.

# Schulnachrichten

über

## das Schuljahr von Ostern 1860 bis Ostern 1861.

## I. Lehrverfassung.

### PRIMA.

Cursus: zweijährig; Ordinarius: der Director.

1) Religion. 2 St. Die christliche Glaubenslehre 1. und 2. Artikel nach Petri's Lehrbuch der Religion. — Das Evangelium Johannis. — Repetition der biblischen Geschichte d. A. T. Der Director.

2) Deutsch. 3 St. Geschichte der neuen deutschen Literatur. Geschichte der älteren deutschen Literatur bis zu Ende der 1ten Blüthezeit. Erklärung von Lessings Nathan, dann Lectüre von Weinhold's mittelhochdeutschem Lesebuch. Anfänge der mittelhochdeutschen Grammatik. — Freie Vorträge. — Uebungen im Disponiren. — Aufsätze (monatlich einer). Der Director.

3) Lateinisch. 8 St. Lectüre (prosaische und poëtische wechselnd): Cic. pro Sest., de orat l. I, Horat. Od. I. u. II. in Satiren (mit Auswahl). Einzelne Oden wurden memorirt. Privatlectüre Cic. de imp. Cn. Pomp., Liv. l XXI. u. XXII. — Aufsätze (monatlich einer), Exercitien u. Extemporalien. Der Director.

4) Griechisch. 6 St. Lectüre (prosaische und poëtische wechselnd): Hom. Il I. — XII. Thucyd. l. II. Soph Aj. 5 St. Mehrere hundert Verse aus Homer wurden memorirt. — Grammatik nach Krüger § 66 — § 69: Aklitische Redetheile. — Mündliche Uebersetzungen aus Rost und Wüstemann Curs IV. — Exercitien u. Extemporalien (alle 14 Tage). 1. St. Prof. Dr. Hennicke.

5) Französisch. 2 St. Lectüre aus Schütz's Lesebuch. — Repetitionen der Grammatik nach Plötz. - Exercitien und Extemporalien (alle 3 Wochen). Dr. Zelle.

6) Hebräisch. 2 St. Lectüre: Josua (mit Ueberschlagung einzelner Kapitel), Auswahl von Psalmen, Ruth. Grammatik nach Gesenius. Subrector Dr. Hüser.

7) Geschichte und Geographie. 3 St. Neuere Geschichte nach Dietsch's Grundriss. — Geographie im Anschluss daran mit Benutzung der Bretschneiderschen historischen Wandkarten. Prof. Dr. Grieben.

8) Mathematik. 4 St. Im S. Stereometrie nach Grunert's Lehrbuch. Im Winter Repetition der gesammten Planimetrie. Uebung in der Lösung von Aufgaben (alle 14 Tage eine häusliche Arbeit). Dr. Tägert.

9) Physik. 2 St. Statik und Mechanik der festen, flüssigen und luftförmigen Körper. Dr. Tägert.

### SECUNDA.

Cursus: zweijährig; Ordinarius: Prof. Dr. Grieben.

1) Religion. 2 St. Das Leben des Herrn (Repetition), die Gründung und Leitung der christlichen Kirche durch die Predigt und die Briefe der Apostel (Apostelgesch. 1. u. 2. Br. a. d. Thessal., a. d. Gal., 1. u. 2. a. d. Corinth.) nach Hollenberg's Hülfsbuch. Der Director.

2) **Deutsch.** 2 St. Lectüre poët. u. pros. Musterstücke und Schillerscher Dramen. — Freie historische Vorträge. — Aufsätze (alle 3 Wochen). Prof. Dr. Grieben.
3) **Lateinisch.** 10 St. Lectüre: Cic. p. Sulla, Dejot., Ligar, Marcello, Liv. l. VI. und VII., 1 — 26. 4 St. — Virgil. Aen. l. VI. und VII. 2 St. — Privatlectüre von Cic. epp. sell. ed. Dietsch. — Grammatik: Satzverbindungen und Periodenbau. Repetition nach Putsche u. der vom Lehrer selbst entworfnen tabellar. Uebersicht. 1 St. — Mündliche Uebersetzungen nach Süpfle Th. II. 1 St. — Exercitien, Extemporalien (wöchentlich eine Arbeit) Aufsätze von den Geübteren. 2 St. Prof. Dr. Grieben.
4) **Griechisch.** 6 St. Lectüre (pros. u. poët. wechselnd): Hom. Od. l. I. — XII, Herodot. l. VI, Xenoph. Hellen. l. I. u. II. Mehrere hundert Verse aus Homer wurden memorirt. 4 St. — Grammatik nach Krüger § 52 — § 56. Gen. Verbi, Zeitformen Modi, Infin., Particip. 1 St. — Mündliche Uebersetzungen nach Rost u. Wüstemann Curs. III. und IV. Exercitien und Extemporalien (wöchentlich eine Arbeit). 1 St. Prof. Dr. Hennicke.
5) **Französisch.** 2 St. Lectüre aus Schütz's Lesebuch. Grammatik nach Plötz § 70. — § 78. (Pronoms, Casus der Verbes, Infin., Conjunctionen). Exercitien und Extemporalien (alle 3 Wochen). Dr. Zelle.
6) **Hebräisch.** 2 St. Lectüre von Abschnitten aus der Genesis, Grammatik nach Gesenius § 1. — § 105.: Elementar- und Formenlehre. Subrect. Dr. Hüser.
7) **Geschichte und Geographie.** 3 St. Orientalische und griechische Geschichte nach Dietsch's Grundriss nebst der entsprechenden Geographie. Prof. Dr. Grieben.
